13
1 I
18

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-13. a. 37

IOANNIS CEPHALI FERRARIENSIS

I. C. Clarissimi, ac Perillustris

ET IN CELEBERRIMO GYMNASIO PATAVINO OLIM INTERPRETIS PRIMI

Doctissimi, acutissimiq; Commentarij in Rub. ac. L. Centurio ff. de vulg. substi.

Nunc primum à Io. Baptista eius filio in lucem editi.

CVM PRIVILEGIIS.

BIBL. SOC. COLL. ROM. SOC. IESV



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Patauij Apud Paulum Meietum. 1583.

CLARISS. AC PERILLVSTRIB. I. C. SVPREMISQ. CONSILIARIIS SERENIS. FERRARIENSIVM DVCIS.

Paulo Leonio Episcopo, Io. Mariæ Crispo, Renato Cato, & Friderico Copelato

Io. Baptista Cephalus I.V.D. Comes, & Eques.
S. D.

DEcreueram ego (Clarissimi Patres) ex Commentarijs Ioannis Cephali genitoris mei non nisi omnia simul in lucem proferre, at amicorum suasionibus, qua plurimum in me ualent, sententiam mutaui, et pauca hac diuulgaui: quia, cum alicui dicare deberem, sicuti inueterati moris est, nemo mihi occurit, cui magis, quàm uobis illa dicarem, cum, ut hoc esset obseruantia in uos mea certissimum argumentum, tum uerò etiam, ut uirtutum uestrarũ ope suffulta maledicentium morsus non pertimescerent. non enim forsan deerunt aliqui, qui, cum eiusdem parentis mei responsa mordere nulla ex parte potuerint, commentarios hos, uti ab illis diuersos, si non mordere, at saltem allatrare tentabunt. Vos tamen (Patres Perillustres) humanitate, & beneuolentia, qua Cephalum, dum uiueret, semper prosequuti fuistis, eorum obtrectatorum ora occludite, commentariosq́; ipsos protegite; quod factu facile uobis erit, qui & doctrina amplitudine, & omni uirtutum genere antecellitis. Ego nunc (Patres Amplißs.) uestrarum laudum aliquid in medium afferrem, si mihi dicendi esset ubertas, quam tanta rei magnitudo desiderat. Patet hic amplissimus campus, in quo perfectissimus ille, quem aliquando Tullius fingebat, orator exultare poßet. Me uero (Patres humanissimi) qui ne mediocriter

quidem in dicendo uersatus sum, patiamini quaeso, nunc laudes uestras missas facere, tum ne illuc ingrediar, unde facile egredi non possim, tum etiam ne qui haec legent (ut aliàs Clarissimus Io. Baptista Landerchius, uir & moribus, & doctrina ornatissimus, quem honoris gratia nomino, dixit) statim illud mihi occinant, na tu actum agis, Cephale, etenim quae per se illustrissima sunt, commemoras, nec tua egent commemoratione: Magistratus enim propè innumeri in primis Italiae vrbibus, cum amplissimis honoribus per uos administrati: Populi iustè, prouidè, modestèq; recti: Legationes apud primos Christiana Reip. principes summa cum gloria gesta: Doctissimae lucubrationes ad communem hominum utilitatem adhibita, in quibus elucet illa tua (Religiosissime Antistes) elegans, celebrisq; de substitutionibus tractatio. Demum dignitates, in quibus nunc splendescitis, quales sitis, ostendunt, amplitudinem uestram declarant, uestra encomia significant. Quare ad Serenissimi Alfonsi maximi Ducis summam felicitatem arbitror pertinere, quòd tot, talesq; habeat consiliarios, ac iuris consultos, quorum prudentia, & sapientia utatur ad populos sibi subiectos optimè gubernandos. Caeteris igitur, quae dici possent, praetermissis, tantum, ut hilari fronte, solitaq; uestra humanitate munusculum hoc meum accipiatis, ipsumq; in uestram tutelam recipiatis, ac me, ut soletis, ametis, uos etiam, atque etiam rogo, Valete patriae meae decus, & ornamentum, quos Deus Opt. Max. diù, pro communi nostrum utilitate, incolumes, florentesq; conseruet. Patauij Kalend. April. M.D.LXXXIII.

IO. BAPTISTA CEPHALVS

FERRARIENSIS

I. V. D. Comes, & Eques, humanissimo Lectori.

S. D.

ACcipe (Humanissime Lector) hanc partem, quamuis minimam, Commentariorum Ioannis Cephali parentis mei, quam tibi libenter offero, ut cum his temporibus materia haec in publicis gymnasiis per Excellentiss. iuris interpretes sit interpretanda, iudices tu, num Cephalus ipse benè, uel malè senserit: & si quid boni inueneris, id totum Dei Opt. Max. gloriae adscribe, & in tui utilitatem conuerte: Si non omnia (ut decet) digesta, uel aliqua minus culta uideris, aequi, boniq; consule, & auctorem excusa, ac atrocissimam mortem accusa, quae illum intempestiuè rapiens, caussa fuit, ne is extremam (ut aiunt) manum commentariis suis apposuerit, & ad ueram eos perfectionem redegerit. Ego quidem, quantum potui, his commentariis non defui, nec quod gratissimi est filii, erga Genitorem benemerentem praetermisi, nec unquàm praetermittam; at si ipse diutius uixisset, alia forsan & doctiora, & magis compta in his suis lucubrationibus tibi praestitisset. Tu tamen (benignissime Lector) haec qualiacunque sint, cum fuerint ad tui utilitatem impressa, hilari fronte, puroq; corde, suscipe, ac ab inuidis defende, quod si feceris in dies tibi plura, quae restant, tradam. Vale & me ama.

IOANNIS CEPHALI FERRARIENSIS IVRISCONSVLTI IN TOTO TERRARVM ORBE CELEBERRIMI,

Commentaria in Rubricam, ac famosissimam .l. Centurio. ff. de uulg. & pupil. substitu.

SVMMAE RVB.

1 Testamenta conseruari reipublicę interest.
2 Testamenta conseruari pium est.
3 Substituēdi facultas quare fuit introducta.
4 Hœres potest non adire uel quia nolit uel quia non possit.
5 Testamētū corruit ubi hæreditas nō aditur.
6 Votum captandæ mortis inducitur per substitutionem.
7 Votum captandæ mortis improbatur.
8 CollatioPōtificis p q̄ qs substituitur in beneficio post mortē primi beneficiati nō ualet.
9 Pontifex in beneficialibus habet liberam potestatem.
10 Votum captandæ mortis non consideratur ubi interuenit consensus illius cuius mors captari potest.
11 Votum captandæ mortis non attenditur ubi non principaliter sed secundariò uenit in cō sideratione.
12 L.si.C. de pact. declaratur.
13 Votum captandæ mortix quare non consideretnr in substitutione.
14 Continuatio rubricarum quare fiat.
15 Substitutiones dicuntur institutiones.
16 Accessoria postponuntur.
17 Specialia debiliora sunt ordinariis.
18 Doctor qui iure communi est ex collegio præfertur ei qui est iure speciali.
19 Possessio iure communi quæsita præfertur possessioni quæsitæ iure speciali.
20 Ciuis originarius præfertur ciui ex priuilegio
21 Institutio tertia& quarta dicitur substitutio.
22 Definitio non est probabilis cum non conuertatur cum suo definito,& infra nu. 78.
23 Nuptiæ omnes post primas dicuntur secūdæ.
24 Matrimonium tertium uenit appellatione secundi,& hoc facit ad questionē de qua ibi.
25 Guerra omnis post primam potest dici secūda, quod facit pro saluatione testium.
26 Testium uerba uulgariter non autem legaliter sunt intelligenda.
27 Nuptiæ omnes post primas dicuntur æqualiter impudicæ.
28 Testium uerba etiam legaliter sunt intelligenda ad hoc ut falsitas æuitetur.
29 Testes quomodo concordari possunt si una pars eorum dixerit quid factum fuisse antè nuptias & altera pars post nuptias.
30 Factum in guerra dicitur quod fit in ipsius guerrę trepidatione.
31 Testes alięq; probationes saluantur per distinctionem temporum uel locorum.
32 Vbi sumus in actu reiterabili.
33 Primogenitus ex secundo matrimonio an succedet in baronia non extantibus liberis ex primo matrimonio si statutum dictet, quòd primo genitus ex primo matrimonio succedat in Baronia,
34 AEqualitas inter filios iure cōi est seruanda.
35 Statutum iuris communis correctorium propriè & strictè est interpraetandum.
36 Verba impropriantur ubi agitur de saluando teste & de contrarietate æuitanda.
37 Glo.§ talem.l. si quis prioris, C. de secund. nup. damnatur.
38 Cap. cleros.21. distin. explanatur.
39 Glo.pen.c. cum uintoniensis, de electio. in antiq. declaratur.
40 Electiones cassatæ & annullatę sunt tamen electiones impropriæ & abusiuæ.
41 Primogenitus uerè & propriè præsuponit fratres sequentes.
42 Iesus Christus Dominus noster dicitur primogenitus & si unicus sit.
43 Lucri si mentio fiat intelligitur de omni lucro secus si fiat de lucro & quaestu.

169 Substitutio compendiosa facta uerbis directis an obliquetur post pupilarem ætatem.
170 Substitutione fideicōmissaria succeditur testatori.
171 Substitutione directa militari succeditur testatori in eiusq; bonis.
172 Naturam habere dicitur effectus non autem substantia.
173 Effectus differt à substantia tanquam causatum à sua causa.
174 Principis contractus etiam stricti iuris habet naturam bonęfidei.
175 Actio ex stipulata pro dote habet naturam bonæfidei licet stricti iuris sit.
176 Stipulatio assumit naturam actus super quo interponitur.
177 Iuramentum assumit naturam contractus super quo interponitur.
178 Subrogatus assumit naturam illius in cuius locum subrogatur.
179 Substitutio compendiosa etiam à milite facta an sit species substitutionum de per se
180 Bar. in.l.centurio.q.2. reprobatus.
181 Substitutiones contentæ sub compendiosa an sint proprię uel impropriæ& continean tur in statuto.
182 Stipulatio ubi una est respectu formæ & plures respectu effectus tunc illæ plures sunt improprię
183 Statutum proprię intelligendum fore.
184 Substitutio directa militaris est noua species & quomodo fiat.
185 Substitutionem militarem duplicem esse generalem scilicet ac specialem.
186 Substitutionem breuiloquam dari, quę non sit reciproca,& quæ sit.
187 Substitutionum directarum an plures uel tantum duæ sint species.
188 Substitutio reciproca absq; uerbis tractus temporis resoluitur ad uulgarem & pupillarem.
189 Substitutio exemplaris similitudine & gratia fuit introducta.
190 Substitutiones directæ quare sic appellatæ.
191 Heres solo animo acquirit.
192 Substitutio fideicōmissaria duplex est, & quare,& infra nu.206. secūdū opi.authoris.
193 Argumentum de toto ad partem.
194 Speciem non mutat quod differt per plus & minus.
195 Mixtus casus cōprehenditur sub simplici.
196 Substitutio obliqua an possit fieri uerbis directis quę obliquentur.
197 Forma est spectanda.
198 Substitutio etiam uulgaris potest fieri in hæreditate.
199 Et in particularibus legatis.
200 Substitutio uulgaris est simplex licet fieri possit in hæreditate & legatis.
201 Substitutio fideic. uniuersalis differt à singulari& quomodo.
202 Hæres in fideicommissaria uniuersali cogitur adire& quartam detrahit secus in singulari.
203 Titulorum diuersitas arguit diuersam materiam,& infra nu. 235.
204 Substitutio fideicōmissaria potest fieri purè & conditionaliter.
205 Substitutio directa potest fieri purè & conditionaliter.
207 .l. cogi.§.& generaliter,& .§. si quis.ff.ad Trebel. declaratur.
208 Argumentum de toto ad partem ualidum ubi militat eadem ratio.
209 Argumentum de toto ad partem non fulcitur ad effectum. ut actus specie non differant.
210 .l.fi.ff.de fund. instruc. declaratur.
211 Seruitutes itineris & actus non differunt nisi per plus & minus.
212 Differunt tamen specie.
213 Plus & minus facit differe nomine.
214 Substitutio fideic. potest fieri expressè uerbis specialibus & formalibus & tacite uerbo generali substituo.
215 Item potest fieri ex testamento, & ab intestato.
216 Substitutio directa ab intestato non datur.
217 Fideicōmissarius quando capiat manu propria & quando non.
218 Substitutio fideicomissaria an dicatur propria uel impropria & infra nu. 234. secundum opi.authoris.
219 Determinatio uniformis esse debet.
220 Alternatiua aut ponitur inter diuersa.
221 Alternatiua posita inter genus a speciem nō constituit differentiam.
222 Alternatiua posita inter genus & speciem stat expositiuè pro idest.
223 Et soluitur in eo quod continetur in ultima parte.
224 Id tamen uerum est ubi de mente proferentis constat alias retinet suam naturam ut sit posita inter diuersa.
225 Substitutionis deffinitio non conuenit fideicommissariæ.
126 Species specificata nō continetur sub genere.
227 Substituo uerbum commune esse.
228 .§.cum autem.l. generaliter.C.de inst.& sub declaratur.
229 Substitutionis nomen an sit directum.

230 Lego uerbum potest importare hæredis institutionem secus in nomine legatum.
231 Substituo uerbum quid importet.
232 Et quare dicatur commune.
233 Donatio ob causam impropria est.
234 L. fi. C. de his qui uen. ętat. impet. perpenditur.
235 Pater extraneo uel filio puberi non potest pupillariter substituere sed potest eum obligare ad restituendum.
236 Dispositio ex qua iura directa transferuntur dicitur propria, & impropria si iura utilia.
237 Dominium directum proprium utile uero improprium esse.
238 Bonorum possessio impropriè est hæreditas.
239 Iura utilia transferuntur ex fideicommissaria.
240 Dispositio extensa dicitur utilis & impropria.
241 Substitutio fideicommissaria fuit per extensionem concessa.
242 Substitutio fideic. est etiam restitutio.
243 Substitutio non est institutio propriè.
244 Fideicomissarius propriè non est substitutus nec institutus.
245 Instituo uerbum in ultimis uoluntatibus refertur ad primum hæredem.
246 Gabella debet solui ab instituto stante statuto quod soluatur de testamento.
247 Fideicommissarius propriè non est hęres.
248 Dictio, loco, in his quæ sunt iuris exprimit ueritatem.
249 Hęres nomen est iuris ciuilis.
250 L. filius fa. §. 1. ff. quod cum eo. declaratur.
251 L. si hæres ab eo, in fi. principii. ff. ad Trebel. declaratur.
252 Hæres ante aditam hæreditatem non est propriè hæres.
253 Fideicomissarius ante sibi factam restitutionē nullum ius habet.
254 Dictio quasi quandoq; ueritatem exprimit.
255 Fideicommissarius penes se iura habet utilia cum directa sint penes hæredem, & est communis opi.
256 Grauatum & honoratum dicunt differre.
257 Fideicōmissū quòd nō sit hæreditas propriè.
258 Fallit ubi hæres est grauatus restituere hæreditatem filio testatoris.
259 Fideicommissarius non dicitur hæres in materia statuti.
260 Statutum quod possessio defuncti continuetur in hæredem non habere locum in fideicommissario.

MAXIMO DEO AVCTORE.

INterpretaturus Famosissimā l. Cēturio de uulg. & pupil. præmissorum, ac euidētialium loco, prius accipio interpretandam Rubricam eiusdem tit. Cuius Rubr. subtilitatem, ac utilitatem recitant Scribentes hic, maximè Ripa, quem circa ordinem sum obseruaturus.
1 Quoniam † igitur interest Reipub. testamenta conseruari l. uel negare. Quemad. testa. aperi. Glo. l. Gallus §. Quid si is. in uer. utilitatem, supra de libe. & posthum. Ias. in auth. si qua mulier. col. 5. uers. tertia principalis opinio, nu. xxi. C. de sacros. eccles. & Dec. l. in testamentis. De reg. iur.
2 † Et est pium conseruare testamentū §. si uerò expressim. in Auth. de Hæ-
3 red. & falcid. † Iccirco ad testamenti conseruandi faciliorem modum, facultas substituendi fuit introducta.
4 † si enim primus hæres hæreditatem non adeat, uel quia nolit, uel quia nō possit, iux. l. iii. C. de hæred. instit.
5 † testamentum corruit. l. si nemo de testa. tut. l. si nemo, de reg. iur. l. eam, quam C. de fideicom. Secundus, Tertius, & deinceps alius poterit adire, & eo modo testamentum conseruare, insti. eo. in prin.
6 Vnum tamen uidetur obstare, † quia per substitutionem inducitur uotū captādæ mortis. l. de fideicom. C. de
7 transact. † Quod improbatur l. si C. de pact. l. stipul. hocmodo concepta, de uerb. ob. & facit, c. ne captādæ, de concess. præb. in. 6. & c. 2. eo. tit. in
8 antiquis, † sicut enim non ualet collatio Pontificis, per quam quis sub-

stituitur in beneficio, post mortem primi beneficiati, ut ibi, eodem modo uidetur non ualere testatoris substitutio, cum utroque casu alterius obitus possit procurari, & uotum captandæ mortis induci.

Soluebat Dec. in l. i. nu. 7. C. de pac. Quod in substitutione interuenit cōsensus illius, de cuius bonis agitur, quo casu tolleratur uotum captandæ mortis. d. l. fi.

Quæ responsio non uidetur tuta; Quoniam etiā in iuribus contrariis uidetur interuenire consensus Pon-
9 tificis, † Qui in beneficialibus habet plenam, ac liberam potestatem. c. ii. in prin. de præb. in 6. clem. i. in fi. ut lit. pend. cum concord. adductis per Ias. l. Barbarius. col. xi. de offi. Præt. & And. Syculus. consi. i. col. 17. lib. i. & Socin. in consi. xiii. per totum lib.
10 i. Præterea † debet interuenire consensus illius, cuius mors potest captari d. l. fi. Quod non est hic, ubi non interuenit consensus hæredis grauati. Nisi dicatur, cum persona testatoris, & hæredis uideatur eadem persona satis dicitur consensum hæredis interuenisse, cum interuenerit consensus testatoris, maxime cum fuerit in potestate hæredis non adire.

Secundo igitur responde substitutionem principaliter fuisse inuētam pro bono publico, ad testamenti cō-
11 seruationem, ut supra † Et cum uotū captandæ mortis resultet secundario propterea de eo non curatur, Bart. d. l. fi. 2. lect. col. ii. uers. Aduerte tamen. ibi, Quandoque uenit. & facit. l. Rogasti, & l. si quis nec causam, supra si cert. pet. Bart. l. qui exceptionem. de cond. indeb. & in. l. i supra. de auct. tuto Beneficium autem, quod in uita, antequam uacet, confertur non concernit publicam utilitatem ergo. &c. Quibus declaratur d. l. fi. C.
12 de pact. † ut procedat quando uotum captandæ mortis principaliter inducitur, non autem resultat secundario, & incidēter, & ita soluit Parisi. in c. in presentia nu. 49. extra de probā. & uide ibi aliud exemplum & in l. conuenire, supra de pact. dotal. Vel
13 postremo solue, † in materia substitutionum non fuisse consideratum captandæ mortis periculum, quia Imperator Testatori remediū ostendit. § igitur uers. sin autem, insti. de pupil. subst. & tradit etiam Soci. regula 494. Testator testamentum in scriptis, in prin.

His Explicatis titulus hic ita continuatur præcedentibus. Supra est dictum de institutis in primo gradu. Sequitur uidere de his, qui in secundo instituuntur. Et quia id contingit per substitutionem uulgarem, & per pupillarem, idcirco post tit. præcedentem ponitur iste. Ita Bartolus, cum quo omnes transeunt, ut hic per Ripam, qui confirmat continuationem per l. i. infra eo. ubi secundum ipsum Iure Consultus ita continuat. Adde tu in specie Glo. Rub. inst. eo. Dum dixit supra uisum est de Institutionibus primis, nunc agitur de secundis quæ dicūtur substitutiones, siue fiant
14 primo gradu, siue alio, † cum enim omnes sint Hæredes, ne materia diuidatur, fuit facta hæc continuatio, iuxta l. 2. § Quartus, in fi. C. de uet. iur. enucle.

Ripa opponit, quia attenta hac continuatione, Tituli de cond. instit. &

de Mili. testa. uiderentur præferendi,
ut fuerunt in C.
Soluit illic diuersis respectibus fuisse
præpositos.
Tu autem aduerte; quia cum hæc
continuatio fiat ad tit. de hæred insti
tuend. non uideo rationem, ob quam
illi duo huic debuissent præferri: Et
accipiendo tit. de cond. insti. cum
sit generalis, etiam ad substitutiones,
15 † Quæ dicuntur institutiones, ut sup.
l. i. merito fuit postponẽdus, cũ prius
præsupponatur institutio, tamquam
principalior, cui cõditionis qualitas
16 apponitur; † ergo tamquam accesso
ria debuit postponi. l. et si non sint §.
perueniamus. de aur. & arg. legat.
cum si. & similiter tit. de mili. testa.
fuit postponendus, postquam tit. præ
cedens fuit præmissus, præsertim cũ
hic agatur de materia communi, ibi
uero de materia inducta iure specia
17 li, † Quæ cum sit debilior. l. eius mili
tis §. militia missus. eo. tit. Non imme
rito fuit postposita. In. C. autẽ alius
respectus fuit cõsideratus, ut hic per
Ripam.
Et hæc conferunt pro præceden
18 tia Doctorum, † Quando unus est iu
re cõmuni ex colleg. Alius uero iu
re speciali ex priuil. Quis debeat præ
ferri, ut per Docto. l. cum quid, si cer.
pet. Boe. post Decisi. tract. de auct.
mag. consilii. nu. 92. & etiam tract.
de ord. & præced. Grad. prima par
19 te. Pariter † Si unus habeat possessio
nem iure communi quæsitam. iux. l.
iii. in prin. infra de acquir. poss. Alter
uero eam habeat iure speciali, præ
cario, uel constituto iux. l. Qui cum
alio. eo. tit. de acquir. poss. Bar. & cæ
teri. l. ab emptione. colũ. fi. supra de
20 pact. Vter sit præferendus. † Et idem
de Ciue originali, & ex priuil. ut per
Doct. in. l. i de legã. i. in. l. si Ruffinus
C. de testa. milit.
Glo. Rubricæ secundum Ripam
diuidi potest in tres partes; in prima,
quærit quid sit substitutio? in secun
da, quot sint substitutionum genera,
In tertia, an fideicommissaria substi
tutio sit simplex, uel duplex. secunda
ibi, & dicas. tertia ibi, item est fideicõ
missaria.
In prima parte Glo. concludit,
quod substitutio est secunda institu
tio. Contra quam conclusionem plu
ra obiiciuntur.
21 Primum dum dicitur secũda. † Nã
etiam tertia, & quarta, institutio dici
tur substitutio. l. si posthumus. secun
do responso. de libe. & posthu l. i. in
prin. l. Quidam testamento proculũ,
l. Quo gradu. l. fi. §. pen. infra eo. insti.
eo. in prin. & alibi: & sic datur substi
tutio, quæ nõ est secunda institutio †
22 Definitio igitur cum non conuerta
tur cum suo definito non uidetur
probabilis, l. i. §. dolum. supra de dolo
glo. i. insti. de oblig. in prin. glo. l. ni
hil aliud est hæreditas. & l. fi. infra de
uerb. signif. cum uulg.
Soluit glo. quod etiam si sit ulterior
23 dicitur secunda institutio, † ut etiam
ulteriores omnes dicuntur secundæ
nuptiæ. Glo. Rubricæ, C. de secund.
nupt. ubi Cy. Bart. & communiter
alii, idem Dec. l. in testamento, prima
in prin. C. de testa. mili. Adde idem
dixisse glo. Rub. insti. eo. Et intellige,
quod tertiæ dicantur secundæ respe
ctu præcedentium, & præcedentes di
cantur priores respectu subsequen
tium. glo. prior. §. inordinatũ. in auth.

de hered.& falcid. & in §. talem, de quo infra.

24 Et Hæc conferunt † si statutum iuberet mulierem in secundo matrimonio existentem, teneri æqualiter instituere filios, primi, & secundi matrimonii, nam idem intelligitur etiam de filiis tertii matrimonii, in quo mulier ipsa existat; quia & illud tertium satis dicitur secundum, ut consuluit Alex.consi.6.col. 2.in fi.cum seq.lib.6.

Conferunt etiam si statuti dispositione maritus uxoris ad secunda uota transeuntis debeat uti, frui bonis, donec uiuat absq; filiorum cõtradictione; Nam idem procedit etiã in tertio marito. Roland. à ualle. consl.72. maximè nu.31.lib.primo.

Tertio in. d. Rubrica insti. de uulga. Portius infert ad saluationem testium, si unus dicat Quid fuisse factum post secundam guerram, alter, uerò post tertiam; Nam saluantur

25 Quia omnis guerra post primam dici potest secunda, ut per eum & per Bauc.& Ias.in addi.ad Portium. Idem etiam Docto.hic.

Primo igitur adducuntur istæ glossæ.

Secundo Glo. Rubricæ. C. de secund. nupt.

Tertio Ripa citauit textum iuncta glo. in .l. si quis prioris §. talem in uer.secundo thoro.C.de secundis nupt. quem prius citauit Dec.in. d. Rubrica. C. de secundis nupt.nu.5.

26 In oppositum facere uidetur† quia Testium uerba sunt uulgariter intelligenda, non autem legaliter. Alexãder. l.i. in principio num.5.de oper. nou.nunt.post.glo.l. stipulatio ista §. hæc quoq;, infra de uerb. ob. sed uulgariter nunquam erit uerum, quòd loquens de tertia guerra senserit de secunda §. secundo gradu. iuncto §. tertio gradu. instit. de gradi. cum si.ut per Dec.d.Rub.C. de secundis nupt.

Ad opposita potest responderi, quòd hic sit mẽtio de secũda, uel tertia institutione respectu primæ; iccirco omnis, quæ non est prima potest appellari secũda respectu prioris: Idẽ in nuptiis, quoniam quærebatur de nuptiis impudicis, respectiuè ad primas, quæ sunt honestæ, & pudiciciam

27 continent; †iccirco, cum in omnibus subsequentibus militet eadem ratio impudicitiæ, quæ in secundis, Dec. d. Rubrica de secundis nupt.n.5. omnes possunt appellari secundæ Aliud ubi sit contentio de aliquo facto, & unus dixerit id factum fuisse post secunda guerram, alter uerò post tertiam.

Tenendo tamen communem, tu potes respondere ad id, quod dixi, Testes uulgariter esse intelligẽdos,

28 † ut procedat ad effectum, ut probent, secus ut falsitas euitetur, quia etiam legaliter intelligi possunt .c. cum tu. ubi oẽs, extra de testibus Docto.d.l..i.de oper.no.nunt.in.l.inter stipulantẽ §. stichũ, de uerb. ob. Bart. l. Gallus §. ille casus. de libe. & posthu.

Vel aliter Testes isti cõciliari possunt, ut qui dixerit post secundam guerram, intelligatur post secũdam guerram perfectam, qui uerò dixerit post tertiam, intelligatur post tertiam cæptam, & possunt stare simul ut secunda sit perfecta, & tertia sit cæ

pta,

29 pta,† ut in si.Bart.conco rdat testes
dicẽtes,ante nuptias,&post nuptias ,
ante guerram,& post guerram. in.l.
2.§.creditum.supra,si cert.pet.Idem
si unus dicat,quid factum in guerra,
& alter ante guerram.Bal. l. diuor-
tio.in princ. ubi uidetur tex.in uer.
30 neq;. n. iuncta glo.supra sol.matr.
Quod enim sit parum ante guerram
& sic in eius trepidatione, satis cen-
setur factum in ipsa guerra,ut est tex
tus notab.in.l.Pedius,in princ. de in
cend.Rui.& naufr.dum ibi dicitur,
etiam posse dici ex naufragio raptũ,
quod fuit raptum antè, tempore ta-
men naufragii trepidationis.Et con
fert glo.l.Pompõnius.§.rati. supra.
de procura.cum si.Grammat.consil.
crimi.33.nu. 4.sicut &factum cense-
tur tempore uindemiæ,quod proba-
tur factum parum ante. ut per eum.
31 Ratio prædictorum est, † quoniam
testes,ac cæteræ probationes saluan
tur per distinctionem temporum,uel
locorum Bal.l.in exercendis. col.2.
uers.adde in ista materia.C.de fid.in
stru.Fely.c.cum Ioannes.num.9.uer
32 si.fallit secũdo, de fide instru.† quod
tamen procedit in actu reiterabili,ut
per eos,& per Tholos. decisionẽ. xi.
Infert etiam ex prædictis Ripa ad
33 quæst.†dicit statutum, quòd primo
genitus ex primo matrimonio suc-
cedat ĩ Baronia. quæritur an primo
genitus ex secundo matrimonio, nõ
extãtibus liberis ex primo,succedat
in baronia,exclusis liberis ex 3. ma-
trimonio? Et Ripa concludit,ꝙ sic;
quoniam secundum matrimonium
habita relatione ad tertium dicitur
primum,&tertium dicitur secundũ.
Allegat Saly. d§. talẽ. l. si quis prio
ris.C.de sec.nup.ꝑpst Iac.de Ra.ibi.
Secundo citat.c.cleros.21.dist.in
uer.Patriarcha.
Vltimo glo.pe.propè fi.in.c.cum
uintoniensis.de elec.in antiquis;quæ
uult electionẽ illã appellari primam
respectu subsequẽtis, licet uerè uidea
tur secunda.
Sed aduerte,quia hoc statutum est
34 iuris cõis correctorium,†cum eo iu
re æqualitas inter liberos sit seruãda
l.cum pater.§.euictis.de.leg.2.l.illud
35 C.de colla.†Igitur uidetur propriè,
ac strictè interpretandum.l.3.§. hæc
uerba.de nego.gest.l.1.§.is,qui nauẽ,
de exerc.sed cùm statutũ uocet pri-
mogenitũ ex primo matr.ergo non
ex secundo,quod non põt appellari
primum,nisi impropriè, & per iuris
interpretationem, ut supra & tradit
Dec.d. Rub. de sec.nupt.nu.5.
36 Nõ obstãt supradicta,†quoniã ubi a
gitur de saluãdo teste,&de æuitanda
cõtrarietate uerba ĩpropriãtur Doc.
d.l.1.&.2.§.creditũ.si cer.pet.ĩ.l. Gal-
lus.§.ille casus. ubi Bar.col.fi.de libe.
&posthu.ĩ.l.1.ĩ prĩ.de op.no.nũt.& ĩ.
l.inter stipulãtẽ.§. sticbũ,q̃ uerb.ob.se
cus est in materia statuti correctorii.
Non obstat§.talem.iũcta glo.ibi, nam
eo in loco non fit mentio de primo,
sed de aliquo matr.ut in ꝑcedenti.§.
illud,q̃d secundo thoro nõ fuit mu-
tatum : iccirco necesse ẽ ibi accipere
secundũ pro sequenti, & non incon
uenit,ut sequens illud,de quo agitur
dicatur secundum;aliud in statuto,
uel consuetudine exigente, quod fi-
lius sit primogenitus,&ex primo ma
tr.in quo primo matr.simpliciter lo
quendo,nunquàm secundo loco cõ-
37 tractum uerificabitur. † Et est mæra
diuinatio,quam facit glo.d§.talẽ.dũ
exponit,secũdo thoro,idest.3.thoro.

cum ēt ſcd̄m eſſe potuerit, nōn ñ. cō ſtat quale eſſet p̄cedens, ideo potuīt eſſe primū. Rectius igitur glo. dixiſſet .2. thoro, uel, 3. non aūt .1.3. Et ue- rius ē, qd̄ in §. illud. Imperator loquitur quādo exiſtūt liberi ex pri. matr. patet dum inquit, qd̄ parens, qui lucri fecit minimè ad ſecūdas nupt. trāſiuit: Idem ibi, ex priore coniugiō, iūcta glo. unde poſtea in §. talem. tranſitum fecit ad ſcd̄m thorū ille parens, qui fecerat lucrum, & hæc lectura ab oīb. uidetur recepta; licet uariæ ſint opiniones reſpectu acquiſitiōis lucri

38 Nec ob. c. cleros †quia probat oppoſitum, dū ait, ꝙ Patriarcha interpræ- tatur ſummus patrū, quia poſt Apoſtolicum, tenet primum locum, ecce non dixit ſimpliciter primum, ſed dixit poſt apoſtolicum, quæ expoſitio nō fuiſſet neceſſaria, & hoc pacto res eſt clara. Secus ergo ubi ſimpliciter fit mentio de primo, ut hic. Neq; ibi ſumus in materia correctoria, ut hic. Ad glo. c. cum Vintonienſis, patet re-

39 ſponſio, †quia ēt ibi erat uerè. 3. electio reſpectu priorum, q̄ fuerāt factæ,

40 licet nulliter, cū fuerint caſſatæ, †ſunt tamen electiones ſaltē impropriè, ac abuſiuè. l. 2. §. i, quemad. teſt. aper. & ibi prior fuit de Decano, ſecunda de Præcentore, opponebatur priori, ꝙ ex quo elegerant indignum ſcienter fuerunt priuati facultate eligendi, & quoniam id intelligitur de prima e- lectione, & non interuenerant in ſubſequenti Præcentoris, q̄ fuit ſecunda & ēt reprobata, meritò in .3. corā Pōtifice max. faciēda, īteruenire poſſūt. Saluari tamen aliter pōt ſententia Ripæ, q̄ eſt cōis, & p̄ter eum, ac Saly. & Iac. de Raue. quos ipſe citauit, eādem ſequti ſunt Cy. Alb. & Bal. d. §. talē, ubi ēt Fulg. & Tiraq. trac. de iur. primogeniorū, q. 3. nu. 9. ubi cū p̄dictis ſimpliciter tranſit: ſaluari inquā pōt ſententia Ripæ, quia ubi fit mētio primi matrimōii reſpectu primogeniti, oportet ſupponere tale eē matrimōi ex quo liberi ſint nati, & poſſit dari primogenitus, licet ergo aliud præceſſerit matrimoniū, non tamen dicitur primum in hac ſubiecta materia

41 primogeniti; †quemad. etiam primò genitus uerè, & propriè præſuponit

42 fratres ſequentes, †& nihilominus ſecundum morem diuinarum ſcripturarum Dominus Ieſus Chriſtus dicitur primogenitus, quāmuis unicus. c. Ioſeph. de uerb. ſig. Ita ēt in propoſito in hac ſubiecta materia primogeniti, mentio matrimonii in eo dumtaxat uerificatur, quod hēt primoge-

43 nitum: Confert †quia ſi fiat mētio dè lucro, intelligitur de omni ēt, ex fortuna prouenīēti, ſi uerò fiat de lucro & quæſtu, intelligitur de illo lucro, quod ex quæſtu, & operibus paratur. l. ſed & ſi adiiciatur. iunctis. ll. p̄-

44 cedentibus, ſupra, pro Socio. † quemadmodum uerbum, ſubſtituo, quod eſt generale, & cōe, fit directum ex uerbo hæredem adiūncto, Alex. l. iā

45 hoc iure, nu, 3, infra, eo. † ut ē cōuerſo ſi iungatur uerbo reſtituo. Rui. confi. 98, nu. 13. lib. 2.

46 Et ita tenendo, non ob. cōtraria, † quia ego dico, quod ſi fiat mentio de primo matrimonio ſimpliciter ſecundum non erit primum, ſi uerò fiat mentio de primo qualificato cū adiectione primogeniti, id non erit primum, in quo non ſubſit primoge-

47 nitus, † & uerba etiam in materia ſtatuti ſtrictè intelligendi, potius ſecundum materiam ſubiectam ſunt intel

ligendo, quàm propriam significationem Bart. l. i. infra. de suis, & legi. & in Rub. de oper. nou. nunt. ubi oẽs.

Secundo, aduersus dictam definitione
48 tionẽ uidetur obstare, † Quoniã pupillaris substitutio non est secunda institutio, non solum in hærede pupilli, uerum nec quandoque in eius p̃sona, ut quando fit pupillaris pupillo exhæredato. l. i. §. substituere. infra eo. §. nõ solum. insti. de pupilla. Dec. l. precibus. num. 15. post princ. C. eo. non enim uidetur posse appellari secunda institutio, nec uidetur posse
49 facere secundum gradum, † cum per eam pupillo prouideatur. Castr. l. i. secundo not. infra. eo. ubi etiã Alex. & Rui. nu. 2. in fi.

Sol. quod intelligitur. 2. respectu
50 testatoris, † qui non potest pupillariter substituere, nisi prius sibi faciat testam. d. l. i §. fi. & l. 2 §. prius eo. tit. Ita Ias. & Ripa hic: sed nõ placet quia tunc non sequitur, quod sit secunda institutio in eodem patrimonio licet sint duæ Tabulæ, ut dicebat Castr. in d. 2 not. & expresse Rui. hic nu 2. uers. ultra prædicta, & nu. sequenti.

51 Tu clarius dicas, † non posse inficiari quin pupillaris substitutio faciat secundam institutionem, & secundũ gradum. l. i. in princ. infra eo. ubi hæredes aut dicuntur instituti, aut substituti; Instituti in primo gradu, substituti uerò sunt in secundo, uel tertio, eo igitur ipso, quòd datur pupillaris substitutio, necesse est, quòd sit in secundo, uel tertio gradu.

Secundo, & clarius probatur in. l.
52 2. §. fi. infra. eo. † Vbi si filius hæres non erit, Seius Hæres esto, Filius Hæres esto, inquit textus, quia secundo quidẽ gradu Seius scriptus ẽ hæres.

Tertio moueor per. l. precibus.
53 in princ. & §. i. C. eo. † Vbi pupillariter substitutus appellatur secundus hæres, & substitutus in secundo casu.

Et propterea resoluendo contra
54 ria dicas, † aut consideramus substitutionem pupillarem respectu hæreditatis pupilli, & ad eam restrictam, & uerum est quod inquit Castr. in d. l. i. secundo not. ut non faciat secundam institutionem, nec secundum gradum. Aut consideramus respectu testamenti, qnod facit patrem, & hæreditatum, de quibus disposuit. iuxta. l. Papinianus. §. sed nec impuberis, de inoff. testamento. Et cum hæc substitutio in eo sit facta computata patris institutione, est secunda institutio, & secnndus gradus, ut etiam dicuntur secundæ tabulæ. l 2 §. inter dum. l. patris, & filii. l. paterfami. primis tabulis. l. cohæredi §. cohæres. in
55 fra. eo. † Quemadmodum & secũdus gradus in transuersalibus dicitur habita relatione ad lineam ascenden
56 tium, † cum in transuersalibus non sit primus gradus. l. i. circa princ. inf. de Grad. Sed cognatio ipsa incipiat
57 à Fratre, † qui dicitur ĩ secundo gradu habita relatione ad ascendeutes, qui primum gradum constituunt; non autem ad ipsos transuersales, in quibus non reperitur primus.

58 Vel postremo dicas, † quòd est secũda institutio inspecta eius forma, de qua in. l. 2. propè fi. supra, eo. & insti. de pupil. in prin. secundum quã formam est secunda instit. & in secundo gradu. Nec resistit, quod possit fieri ex
59 hæredato, qa id ueluti tristis euẽtus non ẽ considerabile. l iter stipulantẽ

§.sacram.de uerb.ob. maximè in per
60 sona pupilli, † qui facile patrem nō offendit.arg.l.quidam in suo§.legis. C.de inoffi.testam.

Tertio opponitur. de.l.2 §. quis
61 quis,infra eo. Vbi miles substituit pupillariter nec sibi hæredem facit.

Soluit.Ripa post Aret.l.i col.pen. supra de testa Hanc definitionem esse intelligendam de regulari substitutione,illum autem textum de irregulari: accedat quod in definitione dotis tradit Alex.in Rubrica supra sol.matr.

Verum quia Ias.ibi contradicit. item,& quia etiam militis uidetur regularis, melius uidetur dicendum, quod loquatur de priuilegiata,&speciali iure inducta,hic autem iure ordinario communi.

Videtur Tutior solutio, non esse substitutionem à milite factam absque
62 eo, quod sibi testetur † Nec.§.quisquis,inquit eam esse substitutionem, sed testam.filii;inquit enim tex. quisquis impuberi test.facit, sibi quoque debet facere, cæterum soli filio non poterit;nisi sit miles;Et sic non appellat substitutionem,sed filii testamentum.Idem in.l.miles ita hæredem.in fi & in.l.in fraudem§.pen.infra de mili.testam.

63 Quibus infero† huiusmodi testamētum filii,quandoque esse substitutionē, ut quando est secunda institutio, & pater sibi quoque fuit testatus,ut loquuntur iura,quæ appellant substitutionem pupillarem,& aliquando nō, ut quando pater sibi hæredem non facit. d. §. quisquis probatur in.d.l. miles,ita hæredem.in fi.ubi appellatur substitutio,quando militis hæreditas additur,sed quando nō est addita,appellatur testamentum filii,nō autem substitutio.

64 † Vnde quādo sibi quoque facit test. & est substitutio, dicitur sequella testamenti paterni§.liberis.&§. igitur.insti de pupil.ubi autem sibi non fuit testatus non est sequella,sed testamentum principale filii. Effectus esse potest, non solum respectu ualidita-
65 tis sequellæ, † quæ à principali depēdet.d.§.liberis. uerum etiam respectu
66 Gabellæ, † quæ de sequellis & accessoriis non soluitur Roma.l.fi. §. quotiens.in fi.inf de. publica.Dec.c.præterea, el primo circa fin. de. offi. de leg.refert,& sequitur Crauet.Rubr. de leg.nu.xi.

67 Quarto opponitur, † quia substitutio fieri potest etiam i legatis,ac donationibus causa mortis.l.ut hæredibus.d.lega.2.l.i.§.fin autem sub conditione.&§.pro.2.C.de.cad.tol. dū igitur in definitione dicitur,secunda institutio,non conuertitur cum definito,ergo non uidetur bona.d.l.i. §.dolum.supra de dolo.

68 Soluit Aret.†quòd uerbum institutio hic accipitur largè, & comprehendit etiam legata.l.id tempus.§. fi.infra de.usucap. l. uerbis legis.de. uerb.sig.

69 Ripa cōtra † cum in definitionibus uerba accipiātur propriè.glo.l.omnis definitio.de reg.iur.Bar.l.omnes populi.4.q.6.q.p.de iust.&iur.

Sed contradixit Ripa supra i Rubr.sol.matr.nu.42. post Dec. Rubr.
70 extra de proba.nu.3. † nam sufficit definitum esse proprium, ut per eos. & ita loquitur Bar. d. l. oēs populi

Secundo respondetRipa,quia uer

bum institutio etiam in genere sumptum non comprehendit donationem causa mortis.

Sed nihil allegat, ideo potest con-
71 tradici, † cum legatis æquiparentur. l. illud, in prin. infra. de dona cā mortis. §. i. insti. de dona.

Non tamē placet sol. Aret. quod uerbum, institutio, hic accipiatur in genere, quoniam comprehenderen-
72 tur etiam obligationes, † quæ institu-
73 untur. l. ex hoc iure. de. iust. & iur. † & actiones. l. 2. §. deinde de. orig. iur. l. i. de interrog. actio. & toto tit. extra de instit.

Et ēt probatur ex libro institutionum contento in nostro iuris corpore: Et in materia ultimarum uoluntatum tit. institutionis, est diuersus à titulo legati l filium. §. sed & si portio de leg præst l. inter cætera. de lib & posthu §. aliud quoque capitulum, in Auth. ut cum. de appel. cog & not. in Auth. nouissima. C. de inoffi testa.

Secunda sol. est. hic definiri substitutionem prout fit in hæreditate, & sic in uniuersalibus, nō autem in particularibus.

Damnatur ab aliquibus; quoniā eo modo non conuerteretur cū suo definito, daretur enī substitutio propria, quæ non esset secūda institutio.

Saluat Ripa considerando substitutionem esse terminum æquiuocū & non posse in genere definiri.

Contra quem facit, nam saltem in genere subalterno debet posse, unde quando quis instituitur in re parti-
74 culari † iuxtà. l. quotiens. C. de hære di. insti cum sua materia, & sibi substituitur, illa est secunda institutio, & tamen iuspecta hac solutione non cōprehenditur sub hac definitione.

Alii ergo tertio loco soluebant, hic definiri substitutionem propriā, & ita excludi substitutionem legati, & si.

Sed non probant legati substitutionem esse impropriam.

75 Mihi igitur placet, † qđ sensit Aret. in sua secunda solutione, glo. intentionem fuisse definire substitutionē, de qua tractatur hoc in tit. Quo agitur de substitutione hæredis, non autē legatarii, ut probatur. infra l i. ubi hæredes, aut instituti dicuntur, aut substituti; Instituti in primo gradu, substituti in secundo, uel tertio, & subiungit hæredis substitutio, aut duplex, aut simplex, agitur ergo in hoc tit. de substitutiōe hæredis, quā glo. definire uoluit, & propterea excluditur substitutio legati, & donatio cā mortis, de quibus non agitur in hoc tit. nec in tit. C. eo.

Quibus apparet non definiri substitutionē in genere generalissimo. quoniam ea quoque substitutio cōprehēderetur, quæ fit in arboribus,
76 uitibus, ouibus, † quæ loco demortuarum substituuntur. l. arbores. in prin. & l. agri supra. de usuf. l. si grege. de lega. i §. sed si gregis. insti. de rer. diuis necnon comprehenderetur substitutio Iudicis, de qua in. l. pen. iud sol. & procuratoris, contenta in. c. i. §. licet. de procu. in. 6. & Do cto. in. l. quod quis. C. de procu. nec in genere quidem subalterno substitutio definitur, quia comprehenderentur legatorū, & dona. causa mortis substitutiones, quæ non sunt secūdæ institutiones, ut ex prædictis, sed definitur in specie hæredum substitu

tio,quæ tractatur in hoc tit.

Quinto,aduersus prædictam definitionem Aret. opposuit dc. tex. in l. quærebatur. §. fi. de.mili.testam.
77 † ubi datur secunda instit. quæ non est substitutio,ut ibi per glo. si enim esset substitutio legata a' primo censerentur repetita a' secundo,tāquā'm a' substituto.l.licet Imperator. de lega. i.

Aret.soluebat,ꝙ licet reperiatur aliqua secunda institutio, quæ non ē substitutio,non tamen sequitur quo minus substit.sit secunda instit. Vnde secunda instit. est genus,quod comprehendit secundam institutionem, quæ est substitutio,ut hic,& secundā institutionem, quæ non est substitutio,ut.d §.fi.

Soci. Ias. & Ripa contra.quia eo modo definitio non conuerteretur
78 cum suo definito† contra.l.i. §.. dolum.de dolo.

Nec mihi placet saluatio Aret.quia unum præsupponit, quod iure non probatur; quippe' secundam institutionem accipi in genere,& in specie.
79 Quod ego nego,uerum est† institutionem ita accipi posse,& considerari in genere,&in specie.Soci.l.si a' primo.3.not.nu.4.supra,de libe. & posthu.& in.l.i.2.lect.nu.1.inf.eo. Vbi ait institutionem in genere,comprehendere primam istitutionem, ac etiam
80 secundam,quæ dicitur substitutio; Quod autem secunda quoque accipiatur in genere,& in specie, non uidi scriptum:Et ex illa qualitate adiūcta,dum dicitur,secunda,arguitur,ꝙ sit species,quemadmodum si adderetur prima.&cōfert quod dixit Bar. in.l.lutius.§ quæsitum,de leg. 3. Dec. in.l.i.nu.3.C.de success.ædicto.

Secundo,igitur respondebat Soc. secundam institutionem in.d.§.. fi.esse substitutionem,ut uidetur probare.l.Miles ita hæredem.§..i. infra.de. mili.testa.ubi miles potest Titium instituere usꝗ ad decem annos, quib. elapsis,nemine substituto,intestati cā locum habebit: Et sic ille secūdo loco institutus,dicitur substitutus.

Nō tamen Soci.respōdet ad glo. d.§..fi.quæ per.d.l. licet Imperator, contradixit.

Ias.igitur respondet , ꝙ loquitur de substitutione uulgari;Textus aūt in.d.§.fi.loquitur de directa militari, de qua in.l. centurio. infr. eo. adducit rōnes differentiæ,ut per eum.

Quæ tamen sunt leues , ut per Ripam.Et quemadmodum substitutus ibi,tenetur ad legata,quia non censetur magis dilectus , idem uidetur in d.§..fi.saltem uti ab hærede relicta, licet non repetita.l.i.§..interdum.infr. ad.l.Falcid.Bar.d.l.licet Imperator. Et si ibi ipso iure ingreditur in locū defuncti,idem uidetur in terminis.d. §..fin.cum substitutio sit directa.

Vnde Ripa ad defensionem Soc. & Ias.ꝙ in.d §. fi. agatur de substitutione, dicebat legata ibi non deberi a' substituto,quia efficaciter debētur a' primo instituto, qui se obligauit
81 adeundo hæreditatem,† &cum legatariis censetur contraxisse.l.ex maleficiis.§..hæres,infra de actio.&oblig. In effectu sensit Soc.iun.in cons.157. in fi.lib.2.

Ego autem contra, quia si primus hæres hæreditatē adiuisset,ipse haud dubie' teneretur,& absurde',ineptèꝗ quæreretur utrū scriptus ex tépore

82 pro eo soluere deberet:† substitutus enim quando tenetur, ex eo solo tenetur, quia primus hæres non tenetur, & hoc ne legata corruant. d. l. licet Imperator.

Nouissime tamen Ripa sensit. d. 83 §. fi. nõ loqui de substitutione, † cũ nõ sit conditionalis institutio; prout esse debet, l. cohæredi. §. cohæres. inf. eo. l. in ratione. §. quod uulgò, ad. l. Falc.

Sed responde, quòd imò est substitutus, ut dicitur in. d. l. miles ita hæredem. cui non rectè respondet Ripa, quòd ibi substitutus sit in locum uenientium ab intestato, quia imo est 84 in locum instituti ad tempus, † quo existente cessant uenientes ab intestato. l. quandiu. C. qui admit. & l. quandiu. inf. de acquir. hæred. Nec est uerum, quod in. d. §. fi. substitutio nõ uideatur conditionalis; quia imò tacita subest conditio, si institutus ex tẽpore tunc non erit in humanis, iuxtà. l. heres meus. §. i. de cond. & demo. l. totiens de. acquir. hæred. cum mul tis per Soci. adductis cons. 7. nu. 2. lib. 4. post Oldrad. cõ. 31. subest igitur cond. tacita licet non subsit expressa.

Alcia. quoq; negabat. d. §. fi. loqui de substitutione, cum non sint duo gradus, sed uterq; sit in primo; & ad. l. miles ita hæredem §. i. respondet, quòd ibi crassa minerua appellatur substitutio.

Sed diuinare est, nec præsumitur in iureconsulto. Quid dicemus? Videtur quod ille tex. non loquatur de substitutione, sed de 2. instituto, qui non sit substitutus.

Primo quia legata ab eo non de-85 bentur, † quæ deberẽtur si esset subst. uel tamquàm repetita, ut ex uulgari d. l. licet, uel, ut ab hærede relicta. l. 1. §. interdum. l. in ratione §. quod uulgo. ad. l. Falcid. ubi idem procedit in substitutione pupillari Bar. d. l. licet.

Secundo, quia dictio, alius de qua in. d. §. fi. arguit, quòd sicut primus fuit hæres ad tempus, ita alius ex tẽpore similiter fuerit institutus non aũt substitutus.

Tertio, quia semper appellatur hæres, nec unquàm dicitur substitutus.

Quarto, quoniam miles potest ex tempore hæredem instituere, & si esset substitutus, non esset priuilegium militis.

Postremo non est uulgaris, quia tunc si institutus ad tempus hæres non esset, ipse statim esset, contra mẽtem testatoris, qui uoluit esse ex tempore. l. uerbis ciuilibus. inf. eo. Nec ẽ pupillaris, quæ post pupillarem ætatem non admittitur, l. in pupillari. infra eo. Nec reciproca, nec compendiosa, ut ex se patet, nec obliqua cum sit facta uerbis directis, ergo, &c.

86 Ego autem puto oppositum, † quòd imò ille textus loquatur de substitutione, ut præcise loquitur. d. l. miles ita hæredẽ §. i. & probatur ex his, quæ dicuntur. l. 2. §. defertur, iuncto §. seq. infra. de bo. poss. secund. tabul. ubi patet substitutos esse eos, qui non uocantur ad hæreditatem eodem tẽpore, sed post primos uocantur, & sic dico esse substitutionẽ directam militarem, ut declarat Castr. l. certi iuris 87 nu. 3. C. de testa. mili. † ubi quãdo prima institutio est restricta ad tẽpus, secunda facta ex tẽpore, est institutio directa, quæ etiã dicitur substitutio

militaris, citat. l. centurio.

Solum superest respondere ad opposita, & Rationem reddere quare legata ibi à substituto non debeantur: Dico igitur rationem esse, quia ibi primus hæres fuit institutus ad tempus, non tamen fuit hæres in esse ctu; uidebatur ergo substitutus obligatus ad legata per d. l. licet. Contrarium ibi deciditur; Ratio esse potest, quoniam legata ibi à primo hærede fuerunt nominatim relicta, iux tà l. si plures de. lega. 3. Bart. d. l. li-
88 cet, post prin. † & in dubio potius uidetur facta mentio de nomine proprio, quàm de appellatiuo, quod est generalius, arg. l. hoc legatum de lega. 3. Bart. l. 1. ad fi. supra de. eaden.

Vel ibi ideo est quoniam uoluntas est obscura, ut in fi. dicitur, secus in d. §. fi.

Tertio presupposito ꝙ primus hæres ibi non adierit; † Hæreditas per
89 illud tempus deuoluta fuit ad ueni entes ab intestato. d. l. miles ita hæredem. §. i. à quibus non censetur facta repetitio. l. si quis testamento. de lega. secundo cum aliis, de quibus per Ruy. l. i. col. 7. propè fi. uers. nam Socinus, de. lega. primo cùm, igitur fuerint extinta, non potuerunt reuiuiscere, quando hereditas peruenit ad hæredem scriptum ex tempore, arg. l. qui res §. aream. infra de solu.

Vel, & quarto, dici potest, quod in. d. §. fi. ideo ab hærede ex tempore legata non censentur repetita,
90 † quoniam ipse cẽsetur prædilectus, magis. n. dilectus est, quàm institutus ad tempus, cùm ipse institutus ex tẽ pore perpetuò sit dominus, & de bonis possit disponere, de quibus non potest institutus ad tempus.

Ad secundum respondeo, quod dictio, alius, repetit, quòd sicut homo ad tempus fuit institutus, ita homo fuit ex tempore; Quod autẽ utroq; casu sit heres, id non repetit, ut si diceretur unus est scolaris, alius doctor, implicat quod qui est doctor,
91 est eiusdem qualitatis. † Neq; implicat, quando per alia iura est declaratum, id non esse simile. c. sedes, ubi docto de. rescr. Hic autem fit declaratio in. d. l. miles ita hæredem §. 1. & satis implicat, cùm omnes etiam substituti dicantur hæredes. l. 1. infra eo. in prin. facit glo. l. 3. C. de neg. gest.

Quibus etiam respõdetur ad Tertium.

92 Quartum uerò procedit † quando alius ad tempus non fuit institutus, sed solum fuit quis institutus ex tempore, quod ualet militis priuilegio Ita declaratur. d. l. miles ita hæredẽ §. 1. cum seq.

93 Vltimum cessat, † quia substitutio, de qua in. d. §. fi. est directa militaris. Castren. d. l. certi iuris. C. de. testa. mili. quæ non fuit connumerata in argumento.

Non omitto, quod si. d. §. fi. non loqueretur de substitutione, sed de secunda institutione, non propterea
94 impugnaretur definitio Glossæ; † uera enim, & propria definitio quæ fiat de re aliqua in specie, ut sit bona debet conuerti cum suo definito affirmatiuè, & negatiuè d. §. dolum.
95 † Descriptio autem sustinetur si conuertatur negatiuè, arg. eorum, quæ dicunt Doct. l. 2. appellata, si cert. pet. in.

pet. in. l. i. in prin. de acquir. poss. & alibi. & cum hæc definitio saltem negatiue conuertatur, quia si dicatur nō est secunda institutio, sequitur eā nō esse substitutionem, meritò sustinetur cùm sit descriptio ex eo, quod agitur
96 de termino generali, & æquiuoco, † q proprie definiri non potest, ut hic p Ripam. nu. 5. post Abb. in Rub. extra de iudi. quod tamen non uidetur tutum, quod hæc substitutio est hic relata ad illas, quæ continentur in titu. ut supra fuit dictū in præcedenti oppositione uer. mihi igitur placet nu. 75. cogita.

Ex aliis etiam definitio non uidebatur uera, quia uidetur dari substitutio, quæ non est secunda institutio. l. ex unciis. sup. de hæred. insti. & l. 2. §. si sub cōditione. inf. de bo. pos. secundū tab. quæ iura contra cōem, hic citauit Ozerius. d. Rub. instit. eo.

Tertio contra cōem uidetur. l. si quis ita hæres instituatur. sup. tit. i. quæ de substitutione loquitur secundū Bart. l. gallus, in prin. in uer. posse. sup. de libe. & posthu.

97 Verūtamē mihi placet hæc definitio † ut substitutio sit. 2. institutio per tex. l. pcibus. in prin. ibi secūdum hæredē scripsisse, iuncta glossa, quæ exponit. i. substitutum. C. eo.

Secundo, per tex. l. cicero, iuncta glos. in uerb. hæredibus. inf. de pæn. quæ exponit. i. substitutis.

Tertio, per tex. in. l. si is, qui testamentum. sup. de testa. ibi hæredib. primis nuncupatis, priusquàm secūdos exprimeret hæredes, qui tex. necessariò loquitur de substitutis; quoniam si de institutis loqueretur, non dicerētur secundi hæredes, primis iam institutis in plurali.

Quarto, per l. i. in prin. infra. eo. ibi secūdo, uel tertio loco.

98 Ad. l. ex unciis respondetur, † q ibi primus est nomen proprium, ut ibi in figuratione casus, & probatur in. l. secunda. §. si quis ita. infra de bō. poss. secundum tab. uel dicitur primus respectu ordinis literæ; sed non dicitur secunda institutio respectu successionis totius hæreditatis.

99 Et ita, † etiam respōdetur ad. d. §. si sub cōditione. & ibi scđs ē substitutus, nō aūt institutus si diligēter cōsideretur

Ad tex. uerò. l. si quis ita. pōt respō
100 deri, † q ibi ēt censetur pcedere tacita institutio uenientium ab intestato. iuxta. l. conficiūtur: in prin. de iur. codicillo. Ita Bar. d. l. gallus.

Quod non placet Saly. Fulg. & Corneo. l. antequàm. C. cōia de success. Cagn. l. quamdiu. nu. 3. de reg. iur. et ultra eos Soc. l. i. nu. 5. pri. lect. inf. eo.

101 Et † ad. l. conficiuntur, potest respon deri, q loquitur pmissiuè, non aūt dispositiuè. Bal. l. si emancipati. p. oppo. C. de colla. Cuma. d. l. cōficiuntur. & l. i. nu. x. de lega. i.

Sed potest saluari Bar. inspecta tacita, & ficta institutione iuxta glo. l. lutius
102 supra tit. i † cum. n. testator posset ab illis adimere, non adimēdo ficte dat. iux. l. i. §. sciendum. de leg. 3. facit, qđ not. Bar. l. & quia. de iurisd. om. iud.

Secunda, tamen definitio substitutionis traditur per Bald. tractatu. de
103 substitutionibus. † Quod substitutio sit conditionalis institutio. l. cohæredi. §. cohæres. infra eo. & est de intentione glo. l. qui liberis. in prin. in uer. purò. infra. eo. Bar. l. sub conditione, ubi etiam cæteri. sup. tit. i.

104 Cui definitioni primo opponitur, quod substitutio fideicommissaria potest fieri pure. §.pōt.inst.de fideic. hæred.
105 Potest responderi † fideicommissariam esse impropriam, secundum cōmune, ut inferius uidebimus, de qua impropria non agitur in definitione,
106 ex qua id, quod definitur est proprium. Bar.l.i.supra de test.Dec. Rubrica de proba.num.3. & supra dixi.
107 Comprobatur, † nam ubi de substitutione simpliciter fit mentio, intelligitur de directa.c.i.de testa.in.6. l. iā hoc iure.in uer.uulgarem duntaxat.inf.eo.quem tex.ita communiter intelligunt Bar.& cæteri.l.lucius. col. ultima.uers.quæro utrum substit.inf. eo.in.l.gallus.§.i.ubi glo.de libe.&posthu.Docto.l. in testamento,in princ. C.de testa.mili.

Fortius igitur obstare uidetur; quia non conuertitur cum suo defini
108 to,† cum detur conditionalis instit. quæ non est substitutio, ut infra decō di.insti.per totum.l. suus quoque, cū seq.supra tit.i.l.si pater.C. de insti.& substi.& §.hæres.insti.de hæred. instit.
109 cum similibus.† Et est differentia inter institutionem conditionalem, ac substitutionem; Patet ex diuersitate huius tituli, ac tit.de condi.insti. iuncta.l.si idem.C.de codicil. Quæ con
110 clusio etiam comprobatur,† quoniā maioris est effectus conditionalis in
111 stitutio, quàm substitutio: Patet,† q2 conditionaliter institutus potest mitti in possesionem hæreditatis pendēte conditione, iuxta tradita in.l. si qs instituatur.magna.in princ.supra tit. primo.l.ii.§.si sub conditione, de bo. poss.secundum tab.&. l. si sub condi
112 tione.eo.tit.† Secus in substituto.d. l.2.§.defertur.& per Bar.ea.l.§.si qs
113 ita.† Item ambo sub conditione possunt uocari, ut puta si nauis ex asia uenerit instituo gaiū, & si non uenerit substituo sempronium; l.inter omnes
114 iuncta glo.qui satisd. cog. † & tunc institutus in possesionem missus, tenetur cauere substitutis, ut ibi. Proinde, cū definito nō cōuertatur, non uidetur bona.
115 Cogita si posſit saluari cōsiderādo,† quod instit. conditionalis, quando non ē substit.non est propriè insti. sed ĩpropriè,& secundū quid, iux.l.i.§.si quis
116 simpliciter. de uerb.ob.facit,† quod de debitore cōditionali dicūt. Docto.l.i. supra, si cer.pet.& probatur.l.inter cætera.iuncta.l.3.§.pure, sup.de lib.& posthu.ubi uero est substit.uere,& propriè est institutio.
117 Ratio differentiæ est: Nam † cōditio, quæ est in substitutione, cum sit necessaria ad inducendam dispositionē, tunc eā non obstante dispositio dicitur pura, & propria, illa autem, quæ apponitur institutioni, ē uoluntaria, cum citra conditionem fieri posset; & sic est propriè conditionalis, ut per Docto.l.qui liberis infra eo.loquēdo
118 igitur propriè,† ut uerba propriè sunt accipienda, non impropriè & secundum quid.l.hoc legatum.de leg. 3.si dicatur est conditionalis institutio, sequetur necessariò est substitutio si uero uerba acciperentur pro prima institutione, non denotarent dispositionem propriam, sed impropriam. propriè igitur loquendo conuertitur substitutio est conditionalis institutio, ergo est substitutio uera,& propria.

Vel cum substitutio definiatur per

hæc uerba, est conditionalis institutio, apparet quod non potest esse, nisi
119 interueniat conditio, †& sic conditio est necessaria ad actum, iuxta tradita per Bar. l. Gallus. §. & quid si tantum. supra de lib. & posthu. si igitur dicatur, est, conditionalis institutio subintelligẽdo de necessaria, sequitur eam esse substitutio, cum cond. quæ primæ institutioni apponitur, sit uolũ
120 taria† quæ longe differt a necessaria, ut per Bart. & alios. d. §. & quid si tantum.

Dicebat tamen Ripa, posse coniungi ambas definitiones, ut sit secunda conditionalis institutio, & cessabunt omnes difficultates, & pariter cessabit difficultas. l. quærebatur. §. fi. de testa. mil. ubi ex die, non autem sub conditione fuit institutus.

Tu uero dicas, huiusmodi coniunctionem nõ esse necessariam, cum singulæ substitutiones subsistant, & si de per se non subsistunt, nec simul iunctæ subsistere possunt, illa enim ratione, qua secunda institutio facta ex die in. d. §. fi. nõ constituit substitutionem ex sententia Ripæ, eadem arbitror, quod si erit addita conditio adhuc remanebit secunda institutio conditionalis, quæ tamen non erit substitutio. Exemplum si miles instituit Sempronium usque ad decem annos, deinde substituit Caium sub conditione, certe iste non esset substitutus secundum intellectum glo. ibi, & Ripæ hic. & tamen tunc esset secũda conditionalis inst.

Tertio, contra eandem definitionem, quod sit conditionalis institutio, Ripa oppo. d. tex. l. qui liberis, in
121 prin. infra. eo. †ubi quis pure, & cõditionaliter substitui potest pupillo si pure, ergo ibi datur subst. quæ non est conditionalis institutio, ad idem tex. in. l. sub conditione. supra tit. i.

Soluit Ripa hic, post glo. d. l. qui liberis, quod pure illic accipitur respectiue ad conditionem extrinsecam. i. in testam. non positam, non tamen fit quominus sit conditionalis conditione intrinseca: Hæc est cõis sol.
122 Sed non uidetur tuta, † cum enim illa conditio intrinseca, non fuerit expressa in test. non facit actum esse conditionalẽ, ut ibi expresse dicitur, & in l. cond. extrinsecus. de cond. & dem.

Vnde melius, quãuis appellet substitutionem puram, & aliam cõditionalem, non negat, quin pura sit institutio conditionalis, est pura substitutio, quæ tamen dicitur conditionalis institutio. cogita tamen.

Quarto opponitur, quoniam definitio debet constare ex genere, & differentiis: Nam uerbum, secunda, nõ cõstituit differẽtiam specificam, sed gradu. l. quo gradu. inf. eo.
123 Sed aduerte† quia imo est specifica, quæ constituitur ex modica, & leui differentia. Dec. in Rub. C. qui admit. nu. 18. prima lect. facit. l. 3. §. genera. inf. de acq. poss. cum aliis, de quibus ibi per Ias. & in. l. lucius, col. 2. infr. eo.
124 ubi† quod differt in forma, potest dici noua species, licet non differat in effectu: Patet etiam in compendiosa, quæ solum forma differt ab aliis, ut uidebimus in. l. centurio.

Subiungit ẽt Ripa, uerbũ, cõditionalis, nõ cõstituere specificã differẽtiã, cũ ẽt institutioni conueniat, ut supra. Soluit illã esse extrinsecã, hãc uero intrinsecam. Dicas ut sup.

125 Sed iterum opponit,† quod etiam tacita intrinseca reperitur in institutione l. 3. de lega. i.

Soluit illam esse necessariam, hanc autem uoluntariam.

Quod non placet, quia imo hæc ē necessaria, ut supra, nec potest esse intrinseca, quin sit necessaria.

126 Dicas igitur,† quod in d. l. 3. non agitur de institutione conditionali, & ibi cōd. non refertur ad institutionē, sed legatum.

Sum in secunda parte glossæ, & quæro quot sint substitutionum species? Re

127 spondet glo.† esse quinque; sequuntur alii. Declarat glo. in §. qua ratione instit. de pupil. in c. Raynutius. extra de testa. in c. si pater. de testa. in 6. & Bar. in repet. l. i. 2. l. lutius. l. ex facto. & l. centurio. infra eo. & esse quinque tradunt etiam Ias. & Dec. l. in testamē to. i. C. de testa. mil.

128 Prima est uulgaris,† quæ triplex est, Expressa, Tacita, & Mixta partim expressa, & partim tacita.

129 Expressa est triplex,† Expressa uerbis generalibus, ut uulgaris contenta sub reciproca, uel compendiosa. Bar. l. i. q. 2. infra eo. uerba enim illa sunt apta comprehendere etiam aliā, ergo sunt generalia. Aduerte quia

130 illud non est perpetuum,† nam quā doq; est reciproca, & tamen uerba nō sunt apta comprehendere nisi uulga

131 rem. l. iam hoc iure † & uerbum substituo, regulariter importat uulgarem, secundum Bar. per illum tex. in l. Gallus §. i. de lib. & post. Doct. per illum tex. in c. si pater, de testam. in §. Dec. l. precibus, nu. 20. C. de impub. l. in testamento, col. 2. C. de testam. mil. Nisi dicamus non habere formam specialem, uel quando perso na esset impubes essent apta comprehendere plures, igitur uerba sunt generalia.

Expressa uerbis specialibus, quæ fit uerbis negatiuis, si hæres non erit, ut Inst. eo. in prin. quæ uerba interpretantur, uel quia nolit, uel quia non possit. l. 3. C. de hered. instit. & cum dixerit, si hæres non erit, & nullus casus expressus sit, nullaq; causa, ob quam non sit hæres specialiter.

Tertia est expressa uerbis singularibus, ut si dixerit, si capere non poterit, uel me uiuo morietur, ut per Bart. d. q. 2.

Sed Aduerte, quia hæc uidetur mix

132 ta, de qua infra † licet enim exprimatur unus casus, alii quoq; similes subintelliguntur. l. 3. C. de instit. & substit. l. fi. C. de posthu. here. insti. & uidimus in §. & quid si tantum.

Potest saluari, quando unus casus esset, expressus cum taxatiua, uel cum uerbis, Tunc & eo casu, secundum Anchara. in cons. 359. col. 3. uers. 3. hoc probat. Dec. cons. 63. nu. 2. 89. nu. 3. & alibi sepissime.

133 Tacita quoq; uidetur triplex, Tacita probata, quæ fit uerbis afirmatiuis, & est illa, quæ inducitur per breuiloquam, ut uos inuicem substituo, de qua in l. Lutius, infra eo. & in l. cum in testamento §. i. supra tit. primo. ita Ripa in d. l. i. nu. 109. & dicitur tacita uerbis specialibus, & expressa generalibus, & ob id dicitur probata, secundum antiquos, sed non percipio, quo modo ob illā rē appelletur probata.

134 Ego igitur puto † tacitam probatam esse eam, quæ inducitur, ac probatur ex coniecturis, ut traditur à

Glo. in. l. præcibus, in uerb. omnino. C. eo. Bart. in. l. in testamēto, prima, post. prin. uers. cont. l. præcibus. C. de testa. mil. ibi si probatum erit. Bal. d. l. præcibus, col. 3. uers. item tacita probatur coniecturaliter, qui ait, quatuor modis id probari, & licet loquatur de popullari, eadem tamen ratio militat in uulgari.

135 Secunda † est tacita præsumpta, quæ continetur sub pupillari expressa, ut in. l. iam hoc iure, infra eo. Bart. d. l. in testamento, post prin. & Ripa in. d. l. centurio, in quarta oppo. Bart.

136 Differentia ē inter has duas, † quia probata etiam uerbis generalibus, dicitur dispositio hominis, præsumpta uerò legis, ex præsumpta tamen uoluntate testatoris, & prima excludit etiam matrem, secunda uerò non Bart. l. i. col. 10. uers. ulterius quero infra eo. Alex. l. præcibus. col. 3. Ias. l. quamuis, col. 2. & . l. fi. col. 3. C. eo.

137 † sicut & tacita pupillaris non excludit matrem pupilli. Bart. l. cent. Bal. d. l. præcibus. & ita durius agitur cum homine, quàm cum lege, ut ibi per eum Aret. in §. & plures, col. i. uers. quæro an talis insti. eo. Et si Statutum prohiberet patrem posse uulgariter substituere, puta, extra-

138 neum, † ut est prohibitus substituere exemplariter. l. humanitatis. C.

139 eod. admitteretur substitutus extraneus ex hac omninò tacita, à lege introducta iuxta not. in. l. filius fam. §. diui. de. lega. i. & in. l. si ita stipulatus §. ea lege, de. uerb. obl.

140 Tertia est uulgaris tacita, † quæ est dubia, de qua in. l. fi. C. de. hæred. inst. & ita eam appellat glo. in. l. uerbis ciuilibus, in uerb. uoluntatem. in fi. infra. eo. & est quando pupillaris fit extraneo, & sic dubitetur an sit uulgaris, uel pupillaris Ripa d. l. i. nu. 109. ubi Bart. infra eo.

141 Sed Dicas tu, † quod ibi non dubitatur, an esset uulgaris, uel pupillaris, sed an institutio ualeret, quasi testator in nomine proprio errasset, & appellasset se Plotium, cum id nomē non haberet. Et concludit Textus non ualere, quia non est uerisimile testatorem errasse in nomine proprio. Sed in duobus casibus sustinetur. Primus quando testator fuerat hæres Institutus à Plocio, cum hæres hæredis, testatoris sit hæres. Secūdus quando testator prius hæredem instituisset Plocium, tunc illa uerba dubia interpræntantur, ut importent uulgarem factā si Plocius testatoris hæres non erit; Et ita dicitur dubia, quia dubitabatur an dispositio ualeret, & interpræntatur eam ualere uti uulgarem; non autem dubitabatur an esset uulgaris, uel pupillaris.

142 Mixta autem dicitur † ubicunq; unus casus exprimitur, utpote si noluerit hæres esse: Nam tacitè subintelligitur alius casus, scilicet, si nō potuerit. l. gallus §. & quid si tantum, supra de lib. & posthu. l. si mater. C. de. instit. & substit. Et post Bart. in. l. i. inf. eo. tradit Aret. instit. eo. in prin. nu. 7.

143 Et † uulgaris quæcunq; sit, expressa, tacita, uel mixta, expirat aditione hæreditatis. l. post aditā. C. eo. l. precib. uers. nam non ex incerti iuris. eo. tit. ubi Bart. in. 2. not. & latè. inf. l. i. ubi omnes. glo. in. d. c. Raynutius, & d. §. qua ratione.

144 Secunda dicitur pupillaris, † quæ similiter, aut est expressa, aut tacita

Bar.l.2.q.3.infra eo.

145 Expressa † quando habet uerborum formam per Bart. traditã in d. l.2.4. q. ubi etiã alii,& in.d.l.precibus, ubi Decius, nu.15.& alibi. Verbi gratia, si pater pupillo hæredi instituto, si decesserit in pupillari ætatem, aliquẽ substituerit,ut in.l. qui liberis,in prin. infra eo.& instit.de pupill.acũ similib.

146 Tacita † est duplex, probata,& præsumpta,probata, quæ inducitur per coniecturas probatas, utsupra de.uulgari dictum est; præsumpta uero est, quæ continetur sub uulgari expressa d.l.iam hoc iure,infra eo. cum simil.

147 Differentia † est inter probatam,& præsumptam,ut dixi circa uulgarẽ. Et si statutum prohiberet pupillarem factam à patre, admitteretur præsumpta, quia dicitur legis,non hominis, ut est probata, in qua procederet regula.l.cum quid,si cert. pet.

148 Et hæc † siue sit expressa,siue tacita, expirat per superuenientiam pubertatis §. 1.& §. qua ratione, in fi. instit. de. pupil.

149 Quæ conclusio ampliatur † etiam si longius tempus fuerit appositum.l. in pupillari,infra eo. Ne pupillaris uideatur ei facta, qui non sit pupillus, cui,præter fideicommissariam,alia fieri non potest §. fi.inst. de pupil.

150 Declaratur † tunc expirare per superuenientiam pubertatis, cum breuius tempus non sit adiectum.l.si ita quis,infra.eo.tunc posset seruari testatoris uolũtas, quia omnino moritur in pupillari ætate,& nulla resultat repugnantia iuxta Bart.l.nemo. potest .p. oppo.de.lega.i.& de hac plene agitur per Bart.& alios in.l.2.infra eo.& per Aret.instit.de pupil.in prin.nu.3.

151 Tertia est substitutio † quæ dicitur exemplaris,& fit Furiosis, uel mente captis testatoris descendẽtibus,& ad exemplum pupillaris fuit introducta d. §. qua ratione. Et si resipuerit ille, cui est facta,expirat d. §. qua ratione,

152 † de qua exẽplari agitur in.l. ex facto,infra. eo.& in.d.l.humanitatis.C. eo.quamuis ista deberet esse in ordine, quarta, ut dicam inferius, iuxta tex. in.l.iam hoc iure, qui reciprocã appellat tertium genus.

153 Quarta est reciproca,† quando duo pluresue hæredes instituti,inuicem substituuntur.l. qui plures.l.lutius .L. iam hoc iure.§.i.infra eo.&.§.i.insti.eo. & dicitur Reciproca,quoniam uicissim pariter substituuntur, d. l. iã hoc

154 iure.§.i. † Dicitur etiam breuiloqua quia breuibus uerbis, est apta nata, sub se conprehendere plures substitutiones præsertim,cũ fit impuberibus, ut ẽ text.in.l.cum in testamẽto.§.hæc uerba,supra tit.p.declarat glo.d.l.Lutius,in uerb. non ad matrem. Aret. d. §. & plures,col.i. uers.3. principaliter quero, inst. eo. ubi per totum §. diffuse tractat hanc materiam, de qua per Bart. d. l. lutius,infra eo. & per mod. in tract. subst. ubi de hac loquuntur, quam pro quinta

155 subordinant. † Et aduerte quia essentialiter non dicitur noua species à cæteris separata,sed resoluitur, uel in uulgarem,uel in pupillarem,uel exemplarem,& sic de singulis, ita Bart. & cæteri d.l. lutius, habita tamen ratione ad formam, dicitur species separata. Item & quoniã requiritur, quod plures sint,ut sit reciproca,quod in cæteris no est necessarium,cum simplex sufficiat, & sic respectu nouæ formæ

appellatur 3. genus substitutionis. d. l. iam hoc iure, post prin. ita Soci. hic, post Imol. Cuma. & Alex. d. l. lutius col. 3. idem tradit Dec. l. in testamento. p. nu. 4. C. de testa. mil. & Mod. Pa
56 tauini in. d. tract. nu. 10. † Forma itaque ea est, quae dat esse rei. l. iulianus
57 §. siquis. Ad exib. † Et haec substitutio forma est unica, sed essentia sunt plures, ut in si. habetur in l. scire debemus, & l. quod dicitur. p. infra de uerb. ob. & tradit Soci. hic.

Cui resistit, quod ibi illae sunt stipulationes impropriae, nisi res omnes exprimantur. d. l. quod dicitur.

58 Quibus infero, † ut noua species cõstituatur, sufficere nouam formã. Ias. d. l. lutius col. 2. quod scitu utile est ad ea, quae habentur in. l. 3. §. genera. infra de acquir. pos. & tradit Dec. in Rub. C. qui admit. p. lect. nu. 18.

59 Et aduerte, † quia non est mirum si in d. l. iam hoc iure. reciproca, appellatur 3. genus; quia per glo. hic oĩa appellantur genera, & haec tertiò loco succesit: Vulgaris praecesit, quia etiam de ea prius agitur, & quando expirat deuenitur ad pupillarem, ex quibus conficitur reciproca: icciroo dicitur tertium genus. d. l. iam hoc iure. demum ad exemplum pupillaris fuit introducta exemplaris. d. §. Qua ratione, Insti. de pupil. Vel dicitur tertium genus, quia primum est substitutio in genere. secundum genus, quia aut est directa, aut obliqua tertium genus reciproca, quae continet species directarum. prima magis
60 placet † & ista reciproca, cum possit in ea habere locum ius accrescendi, quod transit ad haeredes, cum sit in rem. l. si ex pluribus, infra de suis, & legit: ad haeredes transmittitur. l. qui patri, de acquir. hared. quod est utile, & quandoque consului ut cons. 16. nu. 45. post Paris cons. 76. col. fi. uers. postremo, lib 2.

Quinta, & ultima est substitutio compendiosa, ut ita appellatur in di
62 cta. l. praecib. C. eo. † quae fit uerbis tractum temporis importantibus, ut potè quandocumq; haeres institutus decesserit. Quae adeo dicitur compendiosa, quoniam sub uerborum cõpendio continet, uulgarem, pupillarem, & fideicommissariam, & sic continet plura tempora, quippe, ante aditam, post aditam usque ad pubertatẽ, ac etiam post, usque ad mortem, ita Bar. d. l. Centurio q. 2.

Et haec secundum glos. nostram fit à milite tantum, & habet naturam pupillaris ac fideicommissariae, ut notatur in dicta. l. praecibus. Nota
63 † quod compendiosa fit tantum à milite. Contra quam conclusionem plurimum urget, quia immo fit etiã à pagano c. Raynutius extra de testam. §. fin. Instit. de pupill. & uidebimus in. d. l. Centurio.

Secundo quoniam uerba subsequentia contradicunt, non enim esset uerum eam habere naturam fideicõmissariae, si fieret à milite tantum,
64 † cum facta ab eo sit directa l. Centurio infra eo. Soluunt Imol. Cuman. Castrens. Alex. & caeteri, quod fit à milite tantum, ut sit omnino directa, non tamen secundum eos glos. negat eam etiam à pagano fieri posse, sed tunc est mixta, scilicet directa usque ad pubertatem, postea obliqua, quae solutio est uera in se, non tamen uidetur de intentione glosse, dũ

continuando, inquit eam habere naturam pupillaris & fideicommissariæ, igitur non loquitur de militari cum militaris sit directa, nec habeat naturam obliq; regulariter. Alex. aliter soluit, quod ideo dixit à milite tantum, quia quando fit a pagano non est propria substitutio de perse, sed adiectio, & coniunctio aliarum substitutionum, secus quando fit à milite, quia etiam post tempora pubertatis retinet nomen speciale compendiosæ iure directo consistentis. l. Cent. infra eo. & Bar. ibi q. 2. uers. sed an ista compendiosa, & sic Alex. uidetur concludere glos. sensisse de compẽdiosa quæ fit à milite, quæ est species substitutionis directæ, & de per se, & tamen uerba glossæ innuunt oppositum, cũ ea non habeat naturam fideicommissariæ, ut sup. ita Soc. hic. Præterea Bart. damnatur in. d. l. Centurio. q. 2. ut di-
165 cam inferius ĩ fine quæstionis † cum etiam in milite sit adiectio, quæ continet uulgarem, pupillarem, & directã militarem, ut in dictis uiribus, & in. l. miles, ita hæredem, in prin. &. §. i. & l. in fraudem. § pen. int. de milit. testam. Nec uideo rationem, ob quã sit adiectio magis si à pagano sit facta, quã à milite.

Tertia fuit sol. Alex. hic, quod dicatur à milite tantum, & habeat naturam fideicommissariæ, matre in medio existente iuxtà. l. præcibus, in fine C. eo. secundum communem intelle-
166 ctum, & pro ista solutione facit, † ꝙ dictum glo. debet intelligi secundum legem, quam allegat. Bart. l. non solũ § si liberationis uerba, col. 2. inf. de liber. legat. sed glo. citat notata in. d. l. præcibus. Quæ solutio non satisfacit,
167 quia ille est casus accidentalis, † quo solo non diceretur habere naturam fideicommissariæ, iuxtà glo. in. l. certi condictio, in princ. in uerbo ex omni causa, in fi. sup. si cer. pet. neque. n. esset directa, sed obliqua, & tamen glos. loquitur de directis. Præterea glo. simpliciter loquitur de facta à milite, & debet intelligi in omni casu, etiam si mater sit in medio, & licèt glo. adduxerit notata in dicta. l. precibus, cum illa materia sit latissima, in hoc funda
168 mentum fieri non potest, † quod. n. generale est obscurum est glos. Rub. C. de rer. perm. Insuper tunc non haberet naturam fideicommissariæ, sed esset. fideicommissaria, ergo, &c.

Quarto igitur soluit Aret. glo. sensisse de ea q̃ uerbis directis facta obli
169 quatur post pupillarem ætatem, † qđ in milite procedit non in pagano. l. uerbis ciuilib. inf. eo. in quo pagano requiruntur uerba communia. d. l. p̃cibus, circa finem. C. eo. Ita etiam soluit Soc. hic. Quibus obstat quod intẽtio glo. non fuit declarare quib. uerbis fiant substitutiones, sed exprimere species: Neq; erit omninò directa à milite facta, si postea obliquabitur & tamen de directis loquitur.

Melius ergo uidetur saluari glos. & tueri primam solutionem doctorum, quia quando est facta à milite, semꝑ est directa & dum dixit eam habere naturam fideicommissariæ, loquuta fuit similitudinarie, nam quemadmodum fideicommissaria durat post pubertatem, durat etiam ista militaris,
170 † & sicut illa testatori succeditur. l.
171 cohæredi. §. cum filiæ. int. eo. † ita & hac militari testatori succeditur, fuisque in bonis, non autem in bonis pu pilli

pilli cum superuenerit pubertatis tẽpus d.l. precibus, in fine, iuncto §. qua ratione, in fine, Instit. de pupil. & habetur in d.l. centurio, & glos. inquit,
172 quod habet naturam, † quæ natura uidetur quidam effectus, non au tem substantia, ut probatur per glos. in d.l. pacta conuenta, supra de con
173 trah. empt. Bal. l. i. C. commod. † & effectus differt à substantia, tam quã causatum à sua causa Bar. l. i. infra de appell. & Cast. in. l. 3. infra, de usu
174 cap. sicut etiam † Principis contractus, etiam stricti iuris, habet naturam bonæfidei. Bal. tit. de pac. ecõstantiæ, c. i. §. si quã uero circa princ. sequi
175 tur. Dec. cõs. 4. nu. 2. ad finẽ, † & actio ex stipulatu, pro dote, licet sit stricti iuris, habet tamen naturã benæfidei §. fuerat Instit. de act: & cõtractus inno
176 minatus assumit naturã nominati, † Et stipulatio assumit naturam actus super quo interponitur. l. si stipulatus supra de usur. l. i. §. si sub condition infra ut leg. nom. cau. Alex. & cæteri in. l. miles §. decem. nu. 3. de re iud. Bar. & alii in. l. singularia, si cert. pet.
177 & in Rub. infra de uerb. obligat † & de iuramento habetur in. l. fin. supra, qui satisdar. cogant. in l. fin. C. de non nu. pecun. Doct. l. i. §. si quis ita, de uerb. ob. Dec. c. i. nu. 23. extra de
178 iudit. † & de subrogato in. l. si eum. §. iniuriarum, supra, si quis caut. Ani
179 maduertatur tamen † quod secun dum magis communem, substitutio compendiosa etiam à milite facta si consideretur essentialiter non est spe cies de perse, cum effectum sortiatur uulgaris, uel pupillaris, uel directæ militaris iuxta. l. miles ita hæredem & l. quærebatur. §. fin. infra de milit. testam. cũ sim, ita Aret. hic, quẽ Soc. sequitur & Ias. l. Centurio q. 2. reprobantes Bar. ibi uolentem compendiosam militis esse speciẽ propriẽ, ab
180 aliis separatã, † sed male, ut per eos, quã rẽ ibi explicabimus. Et sic uulgaris, appellatur uulgaris compẽdiosa pupillaris cõpendiosa, & ita de simil. & hoc mõ uerbũ, cõpendiosa, ẽ adiectio, ut p Alber. hic nu. 87. Verum est quod respectu formæ potest appellari substitutionis spẽs ab aliis diuersa, sed non essentialiter. Quibus infero
181 † substitutiones contentas sub compendiosa, non esse propriẽ substitutiones, cum non sint substitutiones simpliciter, sed qualificatæ cum adiectio, ne compendiosa, ergo impropriẽ, argu. eorum, quæ dixit Bar. in. l. lucius. §. quæsitum, de leg. 3. Alex. l. i. n. 46. si cert. pet. cum simil. quod etiam pro
182 bo. † nam quando stipulatio una est respectu formæ, & plures effectu & essentia, illæ plures sunt impropriæ, & sic declaratur. l. scire debemus, de uerb. obligat. per Imol. & Cuman. ibi. Alciat. in. l. i. §. pen. alias, sed si mihi, circa principium post Areti. ibi eo:tit de uerb. ob. probatur etiam, quia licet re ipsa sit uulgaris, non tamen est forma, nec uerbis specialibus, igitur non potest esse propria, cum non contineat omnem perfectionem & sic de aliis, & propterea si statutũ faceret mentionem de uulgari, uel de pupillari, non comprehenderet uul
183 garem compendiosam, & similes, † cum statutum propriẽ sit intelligendũ. l. 3. §. hæc uerba, supra de negot. gest. l. i. §. is qui nauẽ. sup. de exercit. & in simili tradit Alex. d. l. i. nu. 46.

Vi. itaque datur substitutio di

184 recta, ultra glos. quæ est militaris, † & est noua species formaliter, & essentialiter d. l. miles ita hæredem, ut quãdo sit in uno casu particulari tantum §. fi. instit. de pupillari d. l. miles ita hæredẽ, & sic uerbis specialibus, et ideo differt à compendiosa facta à milite, quæ fit uerbis generalibus, & com
185 plectitur plura tempora, † & sic patet militarem esse duplicem, generalẽ, & specialem, ut constat ex prædictis.

Vij. quoque species directæ substitutionis considerari potest, ut si filiũ instituam, cui Ticium substituam, nam sub hac continetur uulgaris, ac etiam pupillaris, si esset pupillus, non tacitè, sed expressè uerbis generalibus, ut declarat Castr. post Bal. d. l. præcibus, & Soci. l. i. col. 60. infra eo: & ita habita rõne ad formam, & uerborum conceptionem, non potest appellari uulgaris, nec pupillaris, nec reciproca, nec compendiosa, cum uerba non cõtineant temporis tractum, nec potest appellari militaris, quia non procedit ex priuilegio, sed iure communi, est ergo species separata, et uidetur innominata, uel breuiloqua, cum uno solo uerbo principali cõtineat plures sub
186 stitutiones. † Quibus infertur, quod datur una breuiloqua, quæ non est reciproca, & ita declarat ẽt Goffred. hic. col. 14. uers. item patet ex præmissis
187 Postremo opponitur, † quia nõ uidẽtur nisi duæ species directarũ, scilicet uulgaris, et pupillaris ut in nostra Rub.

Soluunt Rip. & alii hic, quod istæ duæ sunt principales, & cardinales, ad
188 quas reducuntur aliæ, † ut reciproca sĩpliciter facta absque uerbis tractus temporis, quæ reducitur ad uulgarem, & pupillarem. l. iam hoc iure. l. ij. ubi Bar. & cæteri. C. eo. l. lucius, col. fi. in princ. uers. quæro utrũ infra eo: & alibi. Idem in compendiosa fa
189 cta uerbis directis, † exemplaris uero similitudine in d. §. qua ratione Instit. de pupill. §. furiosus, cum sequenti, Instit. de inut. stipul. humanitatis gratia ab Imperatore nouissimè fuit introducta. l. humanitatis. C. eo. Forma tamen sunt plures, ut supra, & sic ratione maioris commoditatis, & facilioris intelligẽtiæ in tot species fuerunt distinctæ argumento §. alio, Instit. quib. mod. testam. infirm. §. sed ne in primis inst. de legat. Faber in Rub. instit. eo. de uulgar. & in Rub. de pupillari. Et hoc si loquamur de introductis iure communi, alioquin si loquamur de introductis etiã iure speciali, & priuilegiato, etiam essentia, & effectu sunt tres, cum detur directa militaris, quæ non potest reduci ad uulgarem, nec ad pupillarem, sed hæc militaris iure speciali, & ex priuilegio ex post facto fuit introducta d. l. miles ita hæredem, cum similibus Cuman. hic, Ias. d. l. in testamento prima col. i. C. de testam. milit. non tamen fuit in consideratione tanquam à Principe dependens iuxta. l. apud Iulianum, alias idem Iulianus. §. fi. de leg. primo. Et quoniam exceptis uulgari, & pupillari cæteræ sunt impropriæ, ut hic per Alber. nu. 87. si statutum faciat mentionem de directis substitutionibus, de eis non intelligitur, cum statutum propriè sit intelligendum, ut supra.
190 † Quare autem dicantur directæ declarat Albericus hic num. primo, quia substitutus iure directo capit

sua propria auctoritate, absq; ulla bo
norũ diminutione, & solo animo ac
quirit, cum sit hæres. scđs, uel condi
191 tionalis. l. i. inf. eo. † hæres aũt acqui
rat solo animo. l. gerit. inf. de acq. hæ
red. §. fi. insti. de hæred. qual. & differ.
& pro prædictis confert §. pen. instit.
de singul. reb. per fideicom. relict.
192 Sũ in ultima parte glo. † & q̃ro quo
tuplex sit fideic. substi. & respondet
glo. quod est duplex. Quare autem
sit duplex glo. non explicat, sed ua
riæ per doctores reddũtur rationes.
Prima, quod ideo dicatur duplex, quia
aliquando fit de tota hæreditate, ali
quando de eius cota §. fi. inst. de pupil
lari, ita Bar. Imol. & Alex. Sed Aret.
Ias. & Rip. contra, quoniam semper ẽ
193 uniuersale fideicõmissum, † & quod
dicitur in toto, procedit etiã in par
te. l. cogi, §. & generaliter, & §. si quis.
194 infra ad trebell. † & quod differt per
plus, & minus non mutat speciem. l.
fin. inf. de fund. instruct. Bar. l. impe
rium col. 5. supra de iur. om. iud. Ita
Ias. pro quo Rip. citat. §. nihil autem
interest, instit. de fideic. hæred.
Secundo modo declarat Bart. quod
quandoq; fit uerbis mere obliquis,
quandoq; directis, q̃ obliquantur, &
quandoq; communibus, sed secundũ
Ripã esset triplex. Sed saluando Bar.
195 respondet † quod sub simplici inclu
ditur casus mixtus. l. ii. in prin. infra
de uerb. oblig. patet quia in hac rub.
expresse non dicitur de compendio
sa facta à pagano, quæ est mixta, quia
satis sub simplicibus, & sic sub dire
ctis, & obliquis complectitur: præte
rea contra Bar. facit secundum Rip.
quia oẽs substitutiones, essent dupli
ces cum possint fieri uerbis directis,
& cõibus, sed responde, quod ibi cõia
non considerantur, cum absq; eo q
moueatur importet directam sui na
tura, & in eis alia fuit habita ratio.
Tertio, ego contra Bar. quia quicqd
196 ipse dixerit. † substitutio obliqua nõ
uidetur posse fieri uerbis directis, q
obliquentur. l. uerbis ciuilib. inf. eo. se
cundũ primum intellectũ pr. glo. Sed
saluari põt Bar. quando ab Initio
nõ ualet substitutio: nã uerba ẽt dire
cta obliquantur, ut not. in. d. l. uerbis
ciuilib. Bar. ibi, & in. l. sceuola ĩ prin.
inf. ad treb. & dicetur in. l. Centurio.
inf. eo. in. 3. q princip. Bar. & ibi Alex.
nu. 70. & in cõs. 82. ꝓspectis col. i. uers.
quinimo lib. 2. repetito ĩ cõs. 40. lib. 3.
Non tamen placet quod inquit Bart.
quoniã licet uerba sint diuersa nõ ui
detur curandum. d. l. 2. in prin. & in fi
197 ne. C. eo. de leg. si forma sit eadem †
quæ forma spectatur. l. iulianus §. si q's
supra, ad exhibend. doct. in rub. infra
de uerb. oblig.
Aret. igitur, & Ias. 3. loco adducebant,
esse duplicẽ, quia aut uniuersalis, ut in
tit. de fideic. hæred. aut singularis, ut
in tit. de singul. reb. per fideicõ. relict.
Ruy. contra hic nu. 17. sed in effectu
postea reincidit in hanc sententiam,
quando suam reddit rationẽ, si diligẽ
ter cõsideretur. Institut. de singul. re
bus in prin. ibi, uel legatarium. Ripa
198 igitur etiam contra, † quoniam etiã
uulgaris potest fieri in hæreditate in
199 stit. eo. in prin. † in particularib. lega
tis. l. ut hærrdibus de legat. 2. & sic di
200 ceretur duplex, † & tamẽ est simplex
§. i. inf. eo. Sed potest replicari in uul
gari aliam rationem fuisse adhibitã,
ibi enĩ omnino militat eadem ratio
nec constituitur differentia, quod sic.

201 facta in hæreditate, uel i legatis, † hic
autem fideicommiſſ. uniuerſalis ha-
bet diuerſam naturam à ſingulari,
202 † cum in uniuerſali hæres adire co
gatur & ſi ſponte adeat quartam de
trahat, ſecus in ſingulari, ubi hæres
nec adire cogitur nec ſponte adiens
detrahit quartam.l. nam quod §. fin.
&.l. mulier in fine infra ad trebell. &
non reſpondet Ripa ad diuerſitatem
203 titulorum †, quibus arguitur diuer
ſitas materiæ glos. rub. de leg. 3. Bar.
l.i. circa princ. infra de re iud. ubi ci-
tat.l. ſi idem. C. de codicill. preſertim,
cum differant ſubſtantia, & effectu, ut
cernere eſt, iccirco hæc ſatis mihi
placet.
204 Poſtremo Rip. appellat duplicem, †
quoniam poteſt fieri purè, & condi-
tionaliter. §. poteſt Inſtit. de fidei-
com. heredit. directæ autem ſemper
ſunt conditionales .l. cohæredi. §. co
hæres infra eo. ſed non uidet Ripa fi
deicommiſſariam fieri poſſe etiam ex
die certo. d. §. poteſt, in fine, & ſic eſ
205 ſet triplex: †. præterea etiam dire-
cta poteſt fieri purè, & conditionali-
ter.l. qui liberis in princ. infra eo.
206 Ego dico † quòd glos. dixit fidei cõ
miſſariam eſſe duplicem ratione Bar.
quia, & de tota, & de parte rogari po
teſt. d. §. fin. quem citauit gloſ. & pro
pterea eius dictum eo modo debet in
telligi & eſt etiam bonus ſenſus, quia
quando fit de tota teſtator repræſen
tatur in totum, à fideicommiſſario, ſi
cut in eum iura tranſeunt in totum.
ſed quando fit pro parte, mixtim re-
preſentatur ab hærede, ac fideicom-
miſſario. §. reſtituta, cum §. ſeq. Inſtit.
207 de fideicom. hæredit. † Non ob. d.l.
cogi. § & generaliter, iuncto §. ſi quis
quia procedunt in eo, qui eſt grauа-
tus reſtituere quod recepit, uel ſit to
tum, uel pars, uel ceſſat differentia in-
ter totum, & partem in illa ſubiecta
208 materia Trebelliani †, & ſic ubi mi
litat eadem ratio .l. quæ de tota, de
209 rei uend. † ſecus ad effectum, ut ſpe-
cie non differant, cum quælibet mini
ma differentia ſufficiat Dec. rub. C.
qui admitti nu. 18. p. lect. & in l. i. nu.
46. C. de ſent. quæ pro eo, quod inter-
210 eſt ult. lect. & alibi. † Neq; ob. regu
la d.l. fin. de fund. inſtructo quando
quidẽ plus, & minus cõſiſtens in facto
nõ mutat ſpeciẽ. d.l. fin. ſecus ſi in iure
211 conſiſtit, † ut dicitur de ſeruitute
itineris, & actus, quæ non differunt,
niſi per plus, & minus §. i. Inſtit. de
212 ſerui: † & tamen ſpecie differunt, ut
ibi Ias. d.l. imperium col. 18. de iur.
213 om. jud. † ſicut plus, & minus facit
differe nomine, Ripa in rub. ſol. ma-
trimonio nu. 5.
214 Secũdo potuit dici duplex, † quia po
teſt fieri expreſſe uerbis ſpecialibus,
& formalibus §. i. alias ſciendum, & in
§. præterea. Inſtit. de fideic. hæredit.
Item, & tacite uerbo generali ſubſti-
tuo, & reſoluitur in fideicommiſſariã
§. fin. Inſtit. de pupill. ſubſt. & ſic dupli
ci formam induci poteſt.
215 Tertio potuit appellari duplex, †
quia poteſt fieri ex teſtamento §. in
primus, & d. §. præterea inſtit. de fidei
com. hæred. & ab inteſtato §. codicil
216 lis inſtit. de codicillis, † quod non eſt
in directa. d. §. codicillis uerſ. directa
autem. l. ij. C. eo.
217 Vltimo poteſt uocari duplex, † quia
quandoque bona accipiuntur manu
propria, ut quando uerba ſunt dire-
cta non ciuilia, puta capias, accipias.

Bar. l. Centurio. q. 3. uers. primo que, ro infra eo. secus si sint obliqua, toto titulo infra ad trebell.
218 Subinde quæritur † an fideicommissaria dicatur substitutio propria, & glos. sensit quod non, quatenus eam non connumerauit inter substitutionum genera ita Bal. Saly. Castr. & cæteri crebrius in rub. C. eo. Ias. in rub. de instit. & substit. & sic est communis ut asserit Rip. hic, & cõstat ex multis citatis per tiraq; in tractat. le mort sei sit. x. declarat secũdæ partis nu. 13.

Primo ponderatur glos. nostra, sed responde, id fuisse non quia non sit propria, sed quia non est directa.
219 Quin imo † cẽsetur de omnibus uniformiter sensisse iuxta. l. iam hoc iure, & sic retorquetur argumentum.

Secundo ponderatur Rub. C. de instit. & substit. aut restitu. cum alternatiua, ut legitur p Castrens. in Rub.
220 C. eo. † quæ ponitur inter diuersa, Bal. l. filiæ in p. oppos. C. de collat.
221 Respondet Alex. hic † quod ibi alternatiua ponitur inter genus, & speciẽ, ideo non constituit differentiam, ut de copula dicitur in Rub. de seruit. & aqua.
222 Non placet hæc responsio † nam ubi alternatiua ponitur inter genus, & speciem (ut etiam Alex. fatetur) stat expositiuẽ pro idest, ut est glos. Rub. supra si ager uectigalis, uel emphit. pet. l. ii. post princ. supra, ad l. agliam
223 † & soluitur in eo, quod in ultima parte continetur, quemadmodum, & in d. Rub. de seruit. & aqua est idem ac si diceretur de seruit. aquæ, unde in d. Rub. esset idem, ac si dictum fuisset de institutionibus. & substit. aut restitu., idest restitutionibus, & sic de substitutionibus uideretur non facta mentio contra. l. gene,
224 raliter eo. tit. † & tamen alternatiua ponitur pro idest, etiã si ponatur inter genus, & speciem, cum de mente proferentis constat, alias naturam suam retinet quod sit posita inter diuersa. l. i. de reb. dub. Bar. l. ubi pactũ col. i. uers. ex hoc notant quidam. C. de transact. & in. l. si is qui ducenta §. utrũ, de reb. dub. Potest igitur responderi, quod illa uerba loquuntur per copulam, & de restitutionibus fit mentio ad maiorem declarationem, & tollendam dubitationẽ, ne uideatur continere solas directas ueluti in potẽtiori significatu iuxta. l. i. §. qui in perpetuum, supra si ager uectigal. uel ẽph. pet. non autem ex eo quod fideicommissaria sit impropria, & sic copula ibi disiungit uerba non sensus, nec proprietatem glos. in. l. ad protegendam. C. de in litem dan. Bar. in. l. si quis ita, de auro. & arg. legat. Curt. iun. cons. 145. nu. 12.

Tertio perpenditur definitio sub,
225 stitutionis, † quæ non conuenit fidei commissariæ. l. pater filium §. fi. l. lutius. §. fi. de leg. 3.

Respondet Alex. quod fideicommissarius non est propriẽ institutus, est tamen propriẽ substitutus, & substitutio fit etiam in legatis, & tamen nõ est 2. institutio.

Respondet Ripa, quod directa est, 2. institutio, non tamen sequitur quia etiam fideicommissaria sit propria.

Quarto allegatur. l. tutores §. hæres, de adm. tut. ubi hæres institutus, qui non habuit substitutum, fuit grauatus restituere hæreditatem pupillo, ecce non habuit substitutum, & ta

men habuit fideicommissarium, ergo &c.

Respondet Rip. quod non habuit directum non tamen infertur fideicõmissarium non esse substitutum per obliquum.

Quæ responsio non placet, quia cum simpliciter negetur substitutus ergo proprie: si igitur fideicommissarius est substitutus, improprie est non proprie.

Dicas tu quod ibi constat de mente sub uocabulo generali, substitutũ, non contineri fideicommissarium, de quo separatim, & specialiter tex. sub
226 inde loquitur, † arg. l. doli clausula. infra de uerb. ob. cum simil. & ita et põt responderi ad. l. recusare. § titius. inf. ad Trebel. quem tex. adduxit Decius in Rub. C. eo.

Contrariam igitur sententiam firmauit Alex. hic, † quoniam uerbũ
227 substituo est commune. l. generaliter § cum autem iuncta glos. C. de instit. & substit. & l. iam hoc iure infra eo. igitur uniformiter. Dec. respondet in Rub. C. eo. & negat esse commune, sed negatio, sua est contra communem.

Ripa hic intellexit proprie, & improprie iuxta glo. l. ii. supra. de offi proconsul. sed nihil est, quia id procedit in casu claro alias fit uniformis determinatio. d. l. iam hoc iure.

Tu potes respondere, quicquid sit
228 in uerbo substituo † de quo loquitur d. § cum autem, ubi glos. secus sit in nomine, substitutionis, ut uerbum sit
229 commune, † nomen autem directũ, ut in simili, quod dicatur ab intestato, & intestatus constituit differentiã d. l. generaliter prope finẽ principii, facit etiam, quod in simili notatur in
230 .l. i. de leg. i. † ubi uerbum lego põt importare institutionem hæredis, ut in. c. Raynaldus de testam. l. uerbis legis de uerb. sig. secus tamen est in nomine legatum, quod est diuersum ab hæredis istitutione, & ita plus importat uerbum, quam nomen.

231 Vel, & melius respõdetur, † quod uerbum substituo simpliciter prolatum importat solum directas substitutiones. c. i. de testam. in sexto d. l. iam hoc iure, ibi in uulgarem duntaxat infra eo. Bar. & alii in l. Gallus § i. supra de lib. & posth. & in. l. lutius infra eo. Doct. in. l. in testamento. p. in princ. de testam. mil. sin autem proferatur cum uerbis tracti temporis, tunc importat etiam fideicommissariam, † &
232 hac ratione dicitur commune, ita Bart. communiter receptus in. l. Centurio. q. 4. in prin. infra. eo. Idem est dicendum de substitutione, ut simpliciter prolata intelligatur de directa, cum adiuncto aũte etiam de obli
233 qua, sed improprie, † ut dicitur de donatione simplici, & de donatione ob causam in. l. i. infra de donat.

Secundo mouebatur Alex. quia etiam in legatis datur substitutio. l. ut hæredibus de legat. 2.

Ripa Respondet quod est impropria.

Ego respondeo quod non probat Alex. eam esse propriam, & non negatur substitutio, sed eius proprietas.

Mihi tandem placet communis primo per. l. fi. C. de his qui uen. ætat.
234 impetr. † ubi in substitutionibus, & restitutionibus si fiat mentio de ætate legitima intelligitur de ordinaria, non autem de im, etrata; si restitutio

nes propriè essent substitutiones, frustra de eis fieret particularis mentio & fuisset frustra dubitatum, sed dubitatur, quia sunt impropriæ substitutiones, quibus remouetur responsio mea ad rubricam C. de instit. & subst. de qua supra.

Secundo moueor, quia tractatus sunt diuersi ut patet in hoc tit. iuncto
235 tit. ad Trebell. † & ex diuersitate titulorum, arguitur diuersitas materiæ glos. Rub. de leg. 3. Bar. in. l. i. circa princ. infra de re iudicata ubi citat l. si idem. C. de codicillis. & supra dixi nu. 203.

Tertio potest considerari §. fin. In
235 stit. de pupillari † ubi extraneo, uel filio puberi testator non potest substituere, at solum potest eum obligare restituere, uel totam, uel partem hæreditatis, ergo restitutio differt, si differt ergo non potest esse propria substitutio.

236 Quarto & melius† nam dispositio ex qua iura directa transferuntur, dicitur propria, illa uero ex qua transferuntur utilia, dicitur impropria. l.
237 is, qui supra, de relig. & sumpt. fun. † facit quod dicitur de dominio utili & de directo per Soc. in. l. i. infra ad trebell. circa principium, per tex. in. l. i. supra, si ager. uectig. uel emphit.
238 pet. & melius† bonorum possesio ex qua defferuntur iura utilia §. quos autem Instit. de bon. pos. large, & impropriè est hæreditas. l. i. §. bonorum possessores ubi doctores, infra ad tre-
239 bell. † sed iura utilia ex fideicommissaria transferuntur §. restituta, instit. de fideicom. hæred. & dicetur inferius, ergo &c.
240 Confirmatur† quia dispositio extēsa dicitur utilis, & impropria. l. pen. supra si quad. paup. fecisse dicatur Bar. in. l. curatoris. C. de negot. gestis ubi etiam cæteri maximè Alex. Bar. l. i.
241 infra uti possid. † sed fideicommissaria fuit per extensionem concessa, ut innuit Imperator §. i. Instit. de fidei com. hæred. ergo, &c.
242 Postremo † fideicommissaria non est substitutio simpliciter, sed etiam est restitutio, ut supra, ergo impropriè est substitutio. l. hoc legatum de
243 leg. 3. † sicut hac ratione substitutio non est institutio propriè, doct. in rub. C. de instit. & substit. & præclarè Soc. in. l. i. in 2. lect. infra eo. ubi adducit exemplum de arrogatione, ut per eum.
244 Ex prædictis infertur† fideicommissarium propriè nō esse substitutum, nec institutum, ita Rip. & allegat. l. paterfilium §. fi. & l. lucius §. fin. de leg. 3.

Sed non probant, quia loquuntur de particulari qui haud dubiè est impropriè institutus. l. id tempus §. fin. infra de usucap. ergo secus in uniuersali, qui similis est hæredi. Est ta
245 men uerum, quòd inquit Rip. † cum in ultimis uoluntatibus uerbum, instituo referatur ad hæredem primum l. filium §. sed et si portio, de legat. prest. & supra dixi.

Et istud est utile pro statuto uolē
246 te solui gabellam de testamento, † nam solutio pertinet ad institutum Crau. in Rub de legat. primo, nu. xi.
247 Similiter† fideicōmissarius propriè non est hæres l. postulante infra ad Trebell. ante finem, ibi loco hæredis.
248 Respondē† quòd in iis, quæ sunt, iuris, dictio (loco) exprimit ueritatem

Bar.in.l.si maritus §. legis,infra ad.l. iul. de adult. & in l.si is qui pro emptore, infra,de usucap. ubi loquitur de fictione inductiua uers. Item quæ
249 ritur,† sed nomen hæres,est iuris ciuilis.l. uerbis ciuilibus infra eo.ergo. & C.
250 Quibus etiam† respondetur ad.l.si filius fam.i. supra, quod cum eo.&c. quem etiam citauit Ripa, ibi; quodammodo hæres & facit.l.i.supra de transact. ibi,quasi.

Tertio mouebatur Ripa per. l.si hæres ab eo, in fine principii,infra ad trebell. ibi uice hæredis fungi.
251 Respondet quod ibi sumus ante a-
252 ditam,nimirum †ergo si non est hæres propriè.l.i.§.. ueteres,ubi glos. & doct. infra de acquir. poss.cum simil. neq; ibi fideicommissario erat facta
253 restitutio, meritò cum nullum ius haberet. l. facta .l. restituta,infra ad Trebel.& dixi cōs 479.nu.2. non dicitur hæres.l.cum hæredes, ubi doct. infra, de acquir. pos.

Quarto Ripa citat §. restituta.Instit.de fideicom.hær.ibi quasi hæredi.
254 Sed responderi potest.†Quòd dictio quasi,ibi ueritatem exprimit, ut in.l. i.supra de transact.l.3. §. hæres,supra commod.ibi quasi boni iudicis arbitrio conueniat,in.l.i. §. eleganter,supra depositi, ibi,quasi de suo dare.

Postremo Ripa adduxit §. inordinatū,in auth.de hæred.&falc.ibi quoniam,& in similitudinem hæredis cōsistit.

Sed illic adhuc non erat adita hæreditas, quia quæritur inter legatarios,& fideicommissarios,quis præferatur,& maiorem partem hæreditatis habenti nomen est dandum.

Breuiter uera est sententia Ripæ
255 & communis,†cum penes fideicommissarium sint iura utilia, directa uerò penes hæredem §. restituta Instit. de fideicom. hæred.l.facta.l.restituta l. ex asse,ad trebell.& ut prædixi.
256 Item quia † inter grauatum,& honoratum debet esse differentia,argumento.l. ij. de stip. seru. l. pen. C. de arbitr.&.c.fi. extra de instit.

Item non solum appellaretur hæres,sed etiam fideicommissarius,ergo non propriè hæres iuxta regulam.l. hoc legatum, de leg.3. & ut supra,& hanc eamdem sententiam sequutus fuit etiā Tiraquelus in tract.le mort. saisit. x. declaratione secundæ partis nu. 9. 10.

Sed queritur quid de fideicommis
257 so an sit hæreditas propriè,† & dicitur quòd nō.l. si ticius de leg.3.Bar. & alii in.l. Marcellus §. quidam liberis,infra ad Trebell. in.l. cum uirum C.de fideicom. Rip.l.in fideicommissariā §. fi. infra ad trebell. Soc. cons.
258 202.nu.9. uers. superest.L.3.† Quæ conclusio fallit,quādo hæres est grauatus restituere hæreditatem testatoris filio,ex præsumpta patris mente,iuxta Bar. in. l. liberto. §. filium de ann.legat.& late ego dixi in cons. 166.nu.35.cum seq.& 513. nu.24.
259 Quid † in statutis de hærede mentionem facientibus? tradunt Doctores in. l. 1. §. de illo,infra ad trebell. Crau. in Rub. de leg. primo,nu. 37. Dec. cons.55. cons.80. ut hic per Ripam. Goza.cons.81.nu.6.Rube.cōs. 121.nu.3.ad finem,&Bello. supputa.
260 l.4.cap.19. ubi concludunt † statutum, quo continuatur possessio in hæredem,non habere locum in fideicōmissario.

923 Substitutionum directæ,& obliquæ, differentia quædam.

924 L. sed & si sic §.fi.de leg.3.declaratur.

925 Antecedens à nuda uoluntate testatoris debet dependere.

926 Fideicommisso succeditur testatori.

927 Præsumptio cessat in claris.

928 Filii positi in conditione censentur uocati ex coniecturata mente testatoris.

929

929 Verba conditionalia disponunt ex præsumpta mente testatoris.
930 Priuatio præsuponit habitum.
931 Præsumptio,quæ facit actum ualere,omnibus alijs est fortior.
932 Coniectura, per quam actus ualidatur, est cæteris ualidior.
933 Filii in conditione positi saltem à testatore tacitè sunt ab intestato uocati.
934 Positi iu conditione licet uon sint in dispositione expressa,sunt tamen in tacita.
935 Qualitatis mutatio facile admittitur.
936 L.Proculus,de usuf. inducitur.
937 Proprietas quando censeatur relicta relicto usufructu.
938 Vsu relicto,quando censeatur relictus usufructus,
939 L.Qui liberis,de uulg. inducitur.
940 L.fi.de usuf. ear.rer. quæ usu consum. declaratur.
941 Verba conditionalia licet nō disponant,tamē disponunt in antecedenti,necessario ex præsumpta testatoris uoluntate.
942 Pater à testatore an possit grauari, & si sibi ab eo nihil fuit relictum, sed eius filio, & quare.
943 Legatum censetur inductum, ubi legatarius grauatur absq; emolumento.
944 Bat.l.cum tale.§.si,de cond. &demonst.declaratus.
945 Testator non præsumitur uoluisse eligere niam ad impugnandam suam uoluntatem.
946 Testator plus diligit nepotes, quam filios.
947 Testator non sufficit, ut uellit, nisi disponat,
948 Interpretatio,qua conseruatur uoluntas testatoris,est benignior,ac æquior.
949 AEquiora, in dubio, sunt præferenda.
950 L. conficiuntur, in prin. de iure codicil. declaratio.
951 Grauari non potest, qui commodum non sensit.
952 Fideicommissum, an, & quando fugiendum.
953 Filii in conditione positi, censentur uocati, secundum opi. multorum.
954 Doctor non probat in his, quæ obiter dicit, sed in principaliter tractatis.
956 Filii in conditiône positi, & grauati, eo magis sunt uocati si sint de descendentibus ipsius testatoris.
957 Filii in conditione positi, & grauati, censentur uocati, si nominatim sunt grauati, secus si post eorum mortem testator aliquem substituat.
958 Nominatim facta magis procedere uidentur ex enixa facientis uoluntate.
959 Filii in conditione positi censentur uocati tribus concurrentibus, de quibus ibi.
960 Filii in conditione positi, quod sint, uel non sint uocati,effectus.
961 Proximior succedit ab intestato.
962 Hæres hæredis, dicitur hæres primi testatoris, &quomodo.
963 Filii in conditione positi,& uocati,possunt bona alienata uendicare.
Et à quibus possint.
964 Et bona recognoscunt à testatore, non autē à patre.
965 Bona confiscari non possunt per delictum instituti,ad præiudicium filiorum in conditione positorum,& uocatorum,
966 Confiscari non potest,quod non potest alienari.
967 Fideicommissum in dubio cui censeatur iniūctum,an filio instituto, uel filiis in conditione positis.
968 Fideicommissi materia, an, & quando sustineatur.
969 Fideicommissum in dubio censetur ab hærede relictum.
970 L.si seruus.§. margaritam,de leg.i.declaratio.
971 Grauatos in dubio non censeri honoratos, absurdum est.
972 Fictiones duæ possunt simul concurrere, quando, ultima uenit in antecedentiam prioris.
973 L. Codicillis, de usufruc. lega. intelligentia.
974 Filius grauari non potest in legitimam.
975 Filii filiorum, an grauari possint in legitima, & infra.nu.977.
976 Hæres pupilli potest in legitima grauari, licet pupillus non possit,& quare.
978 Trebellianicæ prohibitio non ualet in filiis primi gradus.
979 Trebellianicę prohibitio censetur facta hæredi instituto, non autem filiis in conditione positis,& uocatis.
980 Actus, etiam nullus, declarat animum facientis.
981 Substitutio facta per uerbum directum, & commune, quomodo resoluatur, & quid sub se contineat, & quando dicatur ita fieri.
982 Verba debent aliquid operari.
983 L. si quis seruo, de manum. testam. intellectus.
984 L. Recusare .§. Titius, ad trebel. intelligentia.
985 Substituto, hoc participium sonat uulgarem substitutionem.
986 Participium preteriti temporis,denotat actum fuisse perfectum.

987 L.fin.§.illud.uers,illo iure C. de codicil. declaratio.
988 Verba ambigua declarantur ex precedentibus, uel sequentibus.
989 L. si seruus plurium . §. fi. de leg. i. declaratio.
990 L. Sed,& si adiiciatur.ff.pro socio. intelligentia.
991 Verba solent multiplicari in materia testamẽtaria,ad faciliorem dispositionis effectum.
992 Verbum unum declarat aliud in ultimis uoluntatibus.
993 Verbum commune,de per se importat directam substitutionem.
994 Species specificata , non comprehenditur sub genere.
995 Verbum, quod potest intelligi in preteritum, & in,futurum,declaratur ex adiuncto.
996 Volo, uerbum hoc declaratur ex adiuncto.
997 Actio personalis stricti iuris assummit naturam rei pendica. cui fuit adiuncta,
998 Substituo , uerbum , importat etiam directam.
999 Dispositiones duæ sunt , ubi suntduæ orationes.
1000 Superfluum quicquam in iure esse non debet.
1001 Orationes , ubi plures sunt , omnes debent principaliter aliquid operari,licèt una declaret aliam.
1002 Indefinita legis quid operetur.
1003 Substitutus ex duabus substitutionibus, habet electionem ex qua uult admitti.
1004 L.si seruo meo Stichus , de leg. i. inducitur.
1005 Hæres legitimus si instituatur in testamento, habet electionem repudiandi ex testamẽto,& adeundi ab intestato.
1006 Remedia plura ubi competunt alicui eodẽ tempore , is semper potest. eligere quale uult.
1007 Debitoris electio est, quando plures res habet in obligatione.
1008 Expressio eius, quod tacitè inest , operatur, in materia substitutionis & infra nu. 1028.
1009 Substitutio compendiosa resoluitur in duabus substitutionibus , etiam si uerbum directum,& ciulle,iungatur cum uerbo obliquo. & amplia. ut nu. 1013.
1010 L. pen. de uent. inspi. declaratur,
1011 Substitutio in dubio, intelligitur de directa uulgari.
1012 Pupillaris substitutio dicitur institutio , & quare.
1014 Substitutio per uerba directa propria est, & largè est directa,facta per uerbum commune.
1015 Substitutio facta uerbis directis,& communibus,uel obliquis, resoluitur in duab, substitutionibus, siue fiat in separatis capitulis,siue in unica uerborum conceptione.
1016 Appostolos , instanter,ac sepius unico contextu peti, sufficit.
1017 Actus plures simultanei, habentur pro unico declara tamen, ut nu. 1023.
1018 Confessio unica dicitur,non plures , quæ fit uno instanti.
1019 Appellatio unica dicitur , licèt quis pluries uno tempore,appellauerit.
1020 Iniuria unica dicitur,& si eodem instanti pluries repetantur uerba iniuriosa. dic tamen. ut nu, 1022.1023.
1021 Pacientia geminata eodem tempore,habetur pro simplici.
1022 Iniuriæ duæ sunt,ubi sunt duę orationes.
1023 Actus ubi sunt differentes,non exigunt temporis interuallum.
1024 Temporis interuallum interueniat nec ne, nihil interest,ubi agitur de uoluntatis declaratione, secus de præiudicio tertii.
1025 Verba scripturæ, præsumuntur serio,& deliberatè apposita,
1026 Substitutio facta per uerbum commune, iũcta clausula , uulgariter , pupillariter & per fideicommissum , an sit unica , uel resoluatur in pluribus,& substitutus habeat electionem,
1027 Deci.in.l.precibus.nu.20.C.de impub. reprehensus.
1029 Clausulæ executiuæ non alterant dispositionem.
1030 Instituo , uerbum commune est.
1031 Substituo,quando determinetur tale uerbũ , ex subsequentibus uerbis.
1032 Relinquo, est uerbum commune.
1033 Et recipit determinationem ex adiuncto.
1034 Verbum directum in substitutione appositum,an posset stare dispositiuè, & demonstratiuè.
1035 Verba in dubio,stant demonstratiuè.
1036 Infrascriptum , est demonstrationis nota.
1037 Verba sunt accipienda in potentiori significatu.
1038 Demonstratum semel,non eget alia demonstratione.
1039 L. fin. §. Titia, de libe. lega. declaratio.
1040 Verbum dubium, declaratur , ex alio uerbo uicino.
1041 L.cohæredi.§.cum filiæ,de uulga. declaratur,

MAXIMO DEO AVCTORE.

LEX CENTVRIO, est famosa, utilis, & pulchra, ut hic per Bar. & sua utilitas non eget comendatione. ipsa enim se ostendit, ut in simili ait. l. i. supra de resti. in integ.

1 Præmitto † paganum filio puberi, qui hæreditatem adierit, directo substituere non posse, sed duntaxat per obliquum §. fi. insti. de pup. notatur in. l. proxima præcedenti, in. l. cohæredi §. cum filiæ infra eo.

Ratio multiplex assignatur hic p Galiaul. Rip. & Alcia. in prin. commu dior est Bart. in. l. i. col. antepen. C.
2 de sacros eccle. † cum enim iura directa fuerint affixa ossibus hæredis, ab eo non potuerunt seiungi. l. iii. cū glo. supra pro soci. l. quis ergo casus, supra de pecul. igitur substituto applicari non potuerunt. l. si, ut certo. §. si duobus uehiculum supra, commodo. l. quod contra §. uni duo pro solidum, de reg. iur. sed periculosa est ista ratio, quoniam pupillus adeundo fit hæres directo, & tamen si in pupillari ætate decedat, substitutus directo admittitur.

Vel dicas hanc esse solennitatem introductam ad rigorem iuris conseruandum, iuxta id, quod dixit Bar. in. l. si fideiussor. §. quædam, supra manda. ubi loquitur de apicibus iuris, & probatur per tex. quē ibi citat in. l. actio negociorum gestorum. su-
3 prade neg. gest. † Quæ solennitas rigorosa militi est remissa Bar. l. i. l. neq;. l. Diuus, infra de mil. test. in. l. milites. C. de testa. mil. & in extrauag. ad repri. in uerbo figura. Aret. in §. plane num. 3. uers. & prædicta, insti. de mili.

testa. attingam etiam in fictione ca-
sus, ubi adducam. l. hæreditate. §. i. de
cast. pecul.
4 Præmitto etiam † ex directa substitu
tione propria auctoritate substitutũ
capere omnia absq; ulla diminutione
Bar. l. ii. supra. eo. Alberi. rub. supra
eo. nu. i. Maria. hic nu. 107. Bal. cons.
80. lib. i. Cuma. cons. 16. Fulg. cõs. 63.
Alex. 45. lib. i. & 12. lib. 3.
Ratio esse potest, quia, cum directo
5 substitutus, sit secũdus hæres, † cũ sub
stitutio sit. 2. uel conditionalis institu
6 tio, ut supra in rub. † tamquam hæres
hæreditatem solo animo acquirit, §.
fi. insti. de hære. quali. & dif. late Bar.
& cæteri, in. l. gerit, infra de acqui. hæ
7 re. † & cum solo animo sit effectus hæ
reditatis Dominus, non est mirum, si
postea res ipsas hæreditarias auctori
tate propria accipere possit. l. cũ hæ
redes, in prin. infra de acqui. pos. ita
declarat Alberi. in. d. rub. supra eo.
num. i.
8 Ex † obliqua uerò substitutus capit
de manu alterius. l. facta. l. restituta
infra ad trebel. §. restituta, insti. de fi
deico. hære. & intellige id esse uerũ,
quando est facta uerbis omnino obli
quis, secus si essent directa, non tamen
ciuilia, ut infra per Bar. 3. q. primæ. q.
9 principalis. † & hæres grauatus potest
trebellianicam deducere. §. sed quia,
insti. de fideico. hære. Bart. l. cohære-
di. §. cum filiæ, uers. quòd si hæredẽ
10 infra eo. † Et treb. incipit deberi re
11 stitutionis tẽpore, † debeturq; ex o-
nere restitutionis, d. §. sed quia, Bar.
& alii in. l. quãquam. C. ad. l. falci.
12 Alex. cons. 35. lib. 2. † cum sibi debea
tur si uoluntarie adeat, & restituat. l.
quia poterat, infra ad trebel. Quod

est maximi effectus, ut ostendi in cõs.
13 189. max. num. 25. cum seq. † Et ita
substitutio directa ẽ. utilior. substitu
to, quã indirecta glo. ultima. l. preci
bus. C. eo. Castrens. & cæteri hic.
Diuiditur hic tex. secundum Bar.
in. 2. partes in prima loquitur de fi-
lio infra pupillarem ætatem decedẽ
te, in secunda de decedẽte iam facto
pubere, Vel diuiditur in. 2. in prima
ponitur quæstio, in secũda solutio, se
cunda ibi, infra xiiii. ann. Item secun
da subdiuiditur, ut hic per Imol. &
Alex. secunda ibi, post eam autem
ætatem.

Substitutio compendiosa a mili-
te facta filio impuberi infra tempus
pubertatis trahitur ad omnia bona
patris, ac filii iure communi, postea
uerò ad bona patris tantum cum fru
ctibus in hæreditate inuentis ex priui
legio militis. hoc dicit in sũma secun
dum Bar.

Casus in prima parte, ita fingi po
test. Centurio in militia sibi testamen
tum faciens filio impuberi instituto
hæredi infra. 25. ætatis suæ annum
sine liberis decedenti, directo substi-
tuit in hũc modum, talis ei sit hæres,
ut hic per glosam. Euenit, quòd fi-
lius in pupillari ætate decessit, inquit
tex. quod substitutus iure communi
etiam bona filii capiet. Prima tamen
fronte oppositum uidebatur. Et præ
14 mitto † in hac materia substitutionis
testatoris uoluntatem præualere. l.
iam hoc iure, prope fi. infra eo. l. in
testamẽto, prima, in fi. C. de testa. mil.
& l. quamuis. C. de impube. cum si.
mil. Ne igitur miles in una eademq;
substitutione difformẽ cẽseatur hab
15 uisse uoluntatem † contra regulam

d.l.iam hoc iure,& d. l. quamuis.l.si legatarius §. si.de lega.3.&.l.ultimæ, ubi etiam Bar. in utroq; loco.C. de sent.& Interlo.omniũ Iudi.quemadmodum in secunda parte tex. substitutus admittitur duntaxat ad bona patris,idem uidebatur, etiam in prima parte.

Secunda dubitandi ratio esse potuit, quia, cum substituisset filio dece
16 denti absq; liberis,†uidebatur fecisse substitutionem eo tempore, quo posset habere liberos, & sic fecisse fideicommissariam, glo. in d.l. precibus, in uerbo,fideicommissi,post medium
17 C.eo. † in qua fideicommissaria non continentur bona filii.l. cohæredi §. cum filiæ,infra eo.l. ex facto, in prin. infra ad trebel.

Tertia & ultima dubitandi ratio
18 esse potuit†quoniam miles non uidetur priuilegiatus in bonis filii., sed suis tantum.l. impuberi, in fi. supra de admi.tut.l. milites.n.infra de mil. testa. & proprie in insubstitutione quod non possit substituere hæredi suo,nisi in bonis,quæ ab eo ad hæredē peruenere.l.miles ita hæredem.§. exhæredato.l. miles etiam his, infra de mil.testa.

Sed his non obstãtibus deciditur ualere substitutionem iure communi in bonis,etiam filii.

19 Ratio decidendi † quia secundum omnes,hæc substitutio est compēdiosa,patet ex liberorum mentione,quæ
20 tractũ temporis significat†quibus inducitur compendiosa Bar.infra col. 8.alias 11.nu.32. uers.2. oppono Castrens.nu.2.Maria. nu. 83.Dec. cons. 572.in casu proposito,col.1.& Craue. Cons.62.nu.3.& est glo. notabilis,su-
21 pra.l.proxima præcedenti † idem ex uerbis 25.ann.quæ etiam denotāt cōpendiosam Alex.l. uerbis ciuilibus
22 num.6. supra eo. At † compendiosa usq; ad pubertatem,post aditam, resoluitur in pupillarē,ut habetur ī d.l. precibus,& tradit Bar. in.l. hæredes mei §. cum ita, prope finem,infra ad
23 treb. & diximus in rub. † Ex pupillari autem, substitutus haud dubié succedit in bonis patris, ac pupilli.l. 2. §. prius, post prin. supra eo. §. igitur
24 insti. de pupil. † cum dicatur testamentum duarum hæreditatum, ut ibi,& .l. Papianus §. sed nec impube-
25 ris,de inoff.testa. †Et ubi actus personæ etiam priuilegiatæ, potest subsistere iure communi,fit interpretatio,ut eo iure ualeat.l.quamquam.l.in testa
26 mento prima.C. de testa. mil. † quasi in subsidium ad priuilegia sit recurrendum arg. l. 1. infra ad municip.l.
27 Imperatores,infra de priuil.credi.† sicut,nec ad fictionem recurritur, ubi actus secundum ueritatem ualere potest Bar.l.si is. qui pro emptore,infra de usucap.ubi loquitur de fictione inductiua,& in.l. si maritus §. legis,in-
28 fra ad.l. Iul. de adult. † Nec minor utitur priuilegio restitutionis in integrum,ubi sibi iure communi succurri potest.l.in causæ,secunda,supra de mino.l. si quidem.C. de pred. mino. facit.l.quædam,in prin.supra de edē. &.l.siquis inquilino,de dam.inf. Quare cum usq, ad pubertatem, & directo,& communi iure substitutio uale
29 re possit,† merito, omisso priuilegio, centurio eo modo censetur uoluisse, testari.d.l.quãquam. Ripa late. infra
30 nu. 23. † Fortior enim est dispositio facta iure communi, quàm militari

.l.eius militis §. si militia missus, infra de mil. testa. cum multis relatis per Ias. hic .4. not. & per Ripam nu. 25. & in .l. filiusfa. §. diui nu. 82. de lega. i. & alias rationes refert Alcia. tracta. de præsump. regula iii. præsump. 36.

31 Non obstat prima, dubitandi ratio, † nam hic in secunda parte tex. seruatur priuilegium ex necessitate, quia substitutio post pubertatem iure directo facta, aliter ualere non potest, ideo ne corruat, Centurio censetur usus suo priuilegio, iuxta .l. iii. infra de mil. testa. cum multis adductis per Alcia. d. tracta. regula. iii præsump. 35. Ripa. l. i. §. siquis ita, nu. 18. infra de uerb. oblig. ubi citat. d. l. 3. & .l. quotiens, infra de reb. dub. cum concor. secus in prima parte tex. ubi ualere potuit substitutio iure cõmuni, quo miles in dubio censetur testatus, etiam de bonis pupilli, prout potest, ut supra.

Et cum tex. dicat iure communi, infertur, quod cum in prima parte ualeat iure communi, filius erat in po-
32 testate † prout etiam præsumitur. l. si filius, supra de proba. l. si emancipati C. de colla. Alcia. de presump. regula secunda, præsumptione secunda, in principio.

33 Nec ob. secunda dubitãdi ratio † quia glo. in. d. l. præcibus, per hunc tex. à doct. ibi reprobatur, Imol. etiam hic nu. 2. Castrens. nu. 2. Maria. nu. 83. quicquid dixerit, etiam Alex. cons. 211. nu. 5. L. 7. nam communiter impugnatur Thobias cons. 30. nu. 10. & constat ex ratione decidendi, & uide bimus infra.

34 Neq; obstat tertia dubitandi ratio, † quia immo miles ẽ priuilegiatus, etiã in bonis filii substituẽdo pupillariter .l. 2. §. quisquis. l. sed, & si plures §. ad substitutos, supra eo. l. miles ita hære dem, in fi. l. in fraudem §. miles, & ibi Bal. expresse, infra de mil. testa. præclare Gofre. d. l. impuber. de admi. tut.

35 & latius in. d. §. ad substitutos: † & substituendo pupillariter miles potest disponere non solum de omnibus, sed etiam de sola parte bonorũ filii impuberis. cum. n. possit pro filio testari iure militari. d. l. miles ita hære dem, in fi. sequitur, quod potest facere ipsum filium decedere partim testatum, & partim intestatum, ut miles potest in bonis propriis d. l. in fraudem. §. miles, & ut per eum post Bar. in. d. §. ad substitutos, secus in aliis substitutionibus, ut loquuntur contraria. Et etiam potest disponere, substituendo pupillariter, quod substitutus non obtineat bona filii, sed sua tã tum. d. §. ad substitutos, in fi.

36 Ratio est † quia per pupillarem succeditur pupillo, & eius est fauor. l. ex
37 tribus. C. de inof. testa. † per alias uero testatori .l. cohæredi §. cum filiæ infra eo. l. 3. in fi. supra de lib. & post-
38 hu. cum simil. Vel † in pupillari potest disponere miles etiam de bonis pupilli dummodo sit in eius potestate, non exhæredatus, nec emancipatus, d. l. miles ita hæredem §. exhæredato, nec sit arrogatus. d. l. sed, & si plures §. ad substitutos supra eo.

Sum in secunda parte tex. in qua quæritur an substitutus iure directo, sit admittendus, & in quibus bonis, quando filius post ætatem pupillarẽ uita functus est, & in tex. deciditur, quod iure directo substitutus admittitur ex priuilegio militis, in bonis tã

tum ipsius centurionis, ac in fructibus hæreditariis:

Videbatur tamē prima fronte extincta ea substitutio, quoniam secundum Ripam hic, non reperiuntur, nisi duæ directæ substitutiones, uulgaris, & pupillaris, quæ ambæ expirant in hoc secundo responso.

Vel clarius ratio dubitandi fuit,
39 † quia substitutio facta impuberi ultra ætatem pupillarem, expirat cum ætate pupillari, supra .l. proxima, & glo. ibi circa princip. in uers. uel dic, quod ibi expresse substituit usq; ad 25. annos pupillariter, sed hec fuit facta impuberi usq; ad. 25. anno. ergo per lapsum pupillaris ætatis omnino extincta uidebatur.

Ratio decidendi fuit fauor, & pri
40 uilegium militis, ut dicitur in tex. † quo priuilegio, præter uulgarem, & pupillarem, quæ sunt de iure communi, inducitur alia directa, quæ appellatur directa militaris. d. l. miles ita hæredē §. i. l. querebatur. §. fi. infra de mil. testa. l. certi iuris. C. eo. Nec obstat ratio dubitandi, quia procedit iure communi, quo directa extingui
41 tur pubertate, † cū. n. institutus sit hæres, nō potest desinere esse hæres. l. & si fine, §. Papinianus, in fi. supra de mi no. l. ei, qui soluendo supra de hære.
42 insti. † iccirco substitutus non potest
43 fieri hæres directo, † cum duo in soli dum hæredes esse non possint. l. quod contra §. uni duo pro solido, infra de reg. iur. l. si ut certo §. si duobus uehiculum, supra commod. Soci. hic uide notabili, & ista ratio communiter hic assignatur.

Vel dicas hanc fuisse solennitatē introductam ad rigorem iuris con
44 seruandum, † cui paganus est astrictus, nec ei potest renunciare. l. nemo
45 potest, & ibi Ias. de lega. i. † miles autem ab ea est liberatus, cum possit testari quomodo uelit, ac possit l. i. l. diuus, in prin. infra de mil. testa. l. milites. C. eo. dixi. in primo præmisso, & de utroq; est insignis tex. in. l. hæreditate §. i. infra de Castr. pecul. ubi dicitur Paganum non minus posse uelle decedere partim testatum, & partim intestatum, quam si uellet te
46 stari sine legum obseruatione, † ad quam obseruantiam miles astrictus nō est, & potest testari quomodo uult & potest. l. impuberi, de admi. tut. in sti. de mil. test. in prin. & §. i. & per totum.

Notat primo loco Bar. substitutionem compendiosam à milite factā impuberi iure communi trahi ad omnia bona patris, & filii infra tempus pubertatis, ultra uero ad bona dūtaxat patris ex priuilegio militis. i. ubi ualet iure communi, ut in primo casu, trahitur ad oīa bona etiam filii, ubi uero sustinetur ex priuilegio militis, complectitur duntaxat bona ipsius militis.

Prima sit conclusio, ubi compendiosa ualet iure communi, usq; ad pubertatem, nullam extare differētiam inter compendiosam factam à milite & factam à pagano, quia utraq; iuris communis dispositione ualet iure, directo, & resoluitur in pupillarem
47 †, iccirco substitutus succedit ad bona tam filii, quam patris. l. patris, & filii infra eo.
48 Ratio est; † quia censetur substitutus succedere ex duplici testamēto, d. l. patris, & filii, & in duabus hæredi

tatibus, ut ibi, & in §. igitur, Insti. de
49 pupil. sub. l. 2. §. prius. ff. eo. † & licet in dictis iuribus dicatur unicum testamentum, ut etiam tradit Bar. in l. Papinianus §. sed nec impuberis, supra de inoff. testam. id tamen uerum est quantum ad ordinationem, & ueritatem, Alex. l. humanitatis, col. ult. in prin. C. eo. qui ita etiam loquitur
50 in substitutione exemplari † secus quo ad fictionem, cum etiam filius fingatur sibi testamentum fecisse, si modò posit sustineri tanquam testamentum filii, alioquin seruaretur ueritas, ut sit testamẽtum unum patris, duarum tamen hæreditatum. l. Papi
51 nianus §. sed nec impuberis, † ubi ẽt Bar. sic intelligendus, supra de inoff. testa. Alex. l. 2. in prin. nu. 21. uers. sed responde, ubi etiam Aret. col. 3. uers. 3. conclu. infra. eo. & l. in testamento, prima, nu. 6. C. de testa. mil. unde, cum hic sustineri posit tanquam duo testamẽta, unum patris uerum, & alterum filii fictum, ni mirum si substitutus utriusque bona consequatur.
52 † Declara hanc conclusionem procedere, si modò substitutio sit talis, quæ etiam iure communi subsisteret si à pagano quoq; facta fuisset, secus si iure communi ualere non posset, quia tunc bona pupilli sub pupillari compendiosa non continerentur. l. milites etiam his, l. miles ita hæredem §.
53 exhæredato infra eo. Limita † istam conclusionem sibi locum uendicare, ubi substitutio militis est facta simpliciter, uel in omnib. bonis, secus si sit restricta ad bona patris tantùm; uel filii tantùm, quia non comprehenderet nisi bona specificata, & ad ea sola succederet substitutus. l. sed & si plures. §. ad substitutos, infi. supra eo. ubi Bar. Goffred. Castrens. & alii.

Declara hanc limitationem, quando substitutio iure communi ualere posset, alias secus, ne duo priuilegia concurrant, ꝙ posit testari pro pu
54 pillo, pro quo non posset paganus, † ut quia sit emancipatus. d. l. miles ita hæredem §. exhæredato, & posit etiã facere, ꝙ impubes decedat partim testatus, & partim non, quod non est de iure communi, nec pagano conceditur ita substituere. d. l. sed & si plures §. ad substitutos supra eo. & ibi declarat Bar.
55 Infertur ex prædictis, † ꝙ, cum pupillaris testamentum filii censeatur, filius in suis bonis uidetur testatus,
56 non autem pater, † & sic cessat dispositio. l. impuberi, supra de admi. tut. l. cum filiusfa. infra de mil. testa. ꝙ non sit priuilegiatus in bonis alienis miles, nec alteri posit præiudicare. Vel si pater testatus est, non obfuit filio, sed ei profuit. l. ii. in prin. supra eo. & Cy. l. si arrogator, nu. 6. supra de adop.
57 Infertur aliud, † ꝙ pater potest spurium substituere pupillariter, quia, ut actus ualeat, censetur testamentum filii impuberis, non patris, unde licet pater non posit instituere spurium suum, in auth. ex complexu. C. de inc. nup. tamen frater potest, & propterea hic uidetur à fratre uocatus, cum substitutio pupillaris uideatur testamẽtũ pupilli, ita glo. in §. pen. in uerbo participium, ad fi. & est glo. magna, in auth. quib. mod. nat. effi. sui.
58 Sed subsisto, † quia filius in tabulis pupillaribus non censetur de bonis paternis

paternis disposuisse, cum ea substitutus recognoscat à patre, & per aditionem hæreditatis pupilli eius fuerint effecta hoc onere affecta, l. si ti-
59 tio, in fi. de lega. i. cum simil. † Vnde glossa sup. potest sustineri quo ad bona filii, non patris. Nec dicatur, quod cum impubes adiuerit hæreditatem patris, eius bona fuerunt, cum suo patrimonio confusa glo. l. i. §. ueteres, infra. de acqui. pos. quia etiam in hoc tex. in prima parte, pupillus adiuit, & tamen separatim appellat bona patris, ac filii, quod non fieret, si aditione inpuberis, bona ita confunderentur, quod omnia dicerentur filii.
60 Secũda sit conclusio, † quod post pubertatem differentia est, quod substit. conpendiosa sit facta à milite, uel à pagano, quia primo casu resoluitur in directam militarem, de qua in. l. in fraudem. §. pen. & in. l. querebatur. §. fi. infra de mil. test. uidebimus in sefunda. q. Bart. traduut Aret. & Soci. supra in rub. ubi dixi. facta uero à pagano resoluitur in fideicommissariã, dummodo uerba patiantur, ut quia
61 sint communia † ut est uerbum, substituo, Bar. in. l. Sceuola, infra ad trebel. & infra hac lege, Secus si uerba sint directa ciuilia, quia substitutio euanescit, & extinguitur. l. uerbis ciuilibus, infra eo. & hoc si ab initio ualere potuit, ut ibi, secus si non potuit, ut quia uerbis ciuilibus sit facta in
62 codicillis, † quia tunc non ualet etiã ab initio §. codicillis. isti. de Codicil. & ex benignitate sustinetur. d. l. Sce-
63 uola, † prout communiter intelligitur, & sensit glo. in uerbo, directo,
64 in. d. §. codicillis. † Sed extat similitudo respectu bonorum inter directã militarem, & fideicommissariam, quia utraq; post pubertatem admictitur tantummodo ad bona patris, de fideicommissaria est tex. in. l. cohæredi. §. cum filiæ, infra eod. de militari uero, est tex. hic. Ratio in
65 fideic. † ne filius priuetur facultate testandi. contra. l. stip. hoc modo concepta. infra de uerb. oblig.
66 Ratio † est in militari ne patris militis priuilegium præiudicet, sitq; in iuriosum filio, quem priuaret testamenti factione. l. cum filius fa. infra. de mil. test. l. impuberi. supra de admi. tut. l. nec auus C. de emancip. lib.
67 Et hoc † respectu uerificatur dictum glo. in rub. sup. eo. dum dixit compendiosam militarem habere naturã obliquæ, ut ibi dixi.
68 Secundo nota † quod post pubertatem ex substitutione compendiosa ueniunt fructus, ita Bar. quæ uerba habent dupplicem sensum. primus fuit Dyni Bar. Bal. Imolæ. Aret. Soci. Ripæ hic. Bal. & Sali. in. l. precibus. C. eo. & est magis communis, quod hic tex. loquatur de fructibus etiam per filium institutum, ex hæreditate tamen patris, perceptis, & inuentis in hæreditate tempore mortis filii instituto. Alter fuit sensus Angeli Cast. Alex. Ias. & Claud. hic Castrens. Fulg. & Decii in. l. in testamẽto. C. de testa. mil. & in. d. l. præcibus, quod tex. senserit de fructibus inuentis in hæreditate tempore mortis testatoris Primus tamen, ut dixi ẽ receptior, ut uidebimus infra ult. oppo. Bart. ubi est locus suus, sequendo

ordinem Bar.

Glo.i.declarat quis dicatur Cẽturio, uidete per uos.

Progredior ad glo. magnam,& sequendo ordinẽ Bar.diuersum ab ordine glossæ.& quia dicitur in tex.substitutionem post ætatem pupillarem sustineri quoad hæreditatem patris.

Sed contra de. l. proxima præcedenti & .l. uerbis ciuilibus, sup.
69 eo. ubi † post pupillarem ætatem, compendiosa extinguitur, & sic ex post facto non uariatur, ut uariatur hic.

Soluit Bar.quod directa non mutatur in fideicommissariam,ut ibi,sed una directa in aliam directam mu
70 tari potest, ut hic, † quemadmodum hæres de necessario fit uoluntarius .l. iii. §. qui fideicommissarium,supra,tit.i.

Cæteri Bart. sequi uidentur max. Soci.4.notabili.

Sed aduerte.primo secundũ Ripã dum Bar.dixit quod una directa nõ transit in fideicommissariam, ut in le
71 gibus contrariis,† nam uidetur sentire,quod secundum terminos dictarũ legum una directa in aliam diretam transire potuisset, quod est falsũ ut hic per eum,sed caue, quia in terminis illarum legum una directa trãsit in aliam existentem,ut uulgaris in pupillarem, secus in non existentem, prout post pupillarẽ alia directa non existit in terminis illarum legũ quãdo substitutio est facta a pagano: trãsit igitur in existentem,ut hic,ubi subst. compendiosa facta a milite, continet etiam directam militarem, quæ habet locum post ætatem pupillarem & ista est melior sol.quam sit solutio Bar.

Quare autem existit hic,ibi autẽ nõ ;
72 in causa est militis priuilegium.† Præterea secundum Ripam, nec uidetur, quod hic fiat transfusio unius substitutionis in alteram, nam compendiosa ob temporum distributionem,continet uulgarem,pupillarem,& directã militarẽ ordine successiuo,& sic unã finita altera succedit, non autem unã transmutatur in aliam.

Aduerte,quia ista est nimia subtilitas uerbalis,& potest tueri Bar.quia hæc est una substit.compendiosa,quæ durat, & non extinguitur,& solum mutantur eius qualitates Prima erat cõpendiosa uulgaris,nunc est compendiosa pupillaris, & sic mutatur quali
73 tas † sicut non tollitur obligatio, sed fit transfusio & nouatio,ubi non contingit liberatio, sed adhuc durat obligatio,licet sit mutata prima causa,uel sublata obligatio ex prima causa, & cũ duret secunda dicitur nouatio,& transfusio, glo.l.an inutilis §.fi. in uerbo honorarie infra de accept.,
74 † Verum quia nouatio fit cum omnibus qualitatibus,ac priuilegiis præcedentis obligationis Bart. in.l. si quis cum aliter,col. secũda, uers.præterea, de uerb. oblig. Soci. rub. eiusdem tit. circa fi.hic autem non transfunditur pupillaris cum suis qualitatibus, ut patet in tex. nostro, ideo cogita, & uidetur quædam subordinatio iuxta .l.i. infra. quis ord. in bo. pos. ser. l.i. post prin.infra si tab. testa. nul. extab. l. ii. §. expectandi, infra de bo. pos. secundum tab. Nec est successio, ut dicebat Ripa

cum eodem tempore essent natæ omnes substitutiones contentæ sub compendiosa, secus si una finita alia nascere-tur, ut in successorio edicto; continetur enim omnes sub compendiosa aptitudine, & potentia, ut tradunt doct. max. Castrens in d. l. uerbis ciuilibus, circa prin. sup. eo. & in. l. præcibus, col. ante pen. uers. pro ista opinione. núm. 14. 15. C. eo. sed exercitio, & actu non concurrunt, cum nisi una uerificari possit, quã euentus determinat Bar. infra q. 3. primæ. q. principalis, uers. exemplũ. & uers. & per hoc patet, &. 3. q. principali. uers. si uero neq; mater, & illa sola semper censetur extitisse in compendiosa, & non alia, ut per eum,
75 confert† quod de pluribus actionibus dicitur, quæ origine concurrunt nõ exercitio. l. quod in hæredem §. eligere, supra de tribu. l. cum filius §. uariis infra de lega. 2.

Retenta sol. Bart. ex ea colligitur
76 † quod una substitutio directa facilius transfunditur in aliam directam, quã in fideicommissariam, cum in habentibus symbolum facilis sit transitus, quod etiam dixit Angel. in. d. l. uerbis ciuilibus, in fi. s. eo.

Primo per. l. 3. in fi. cũ duabus seq.
77 infra de bo. pos. † cui responde id procedere ob imcompatibilitatem iux. l. quandiu infra de acqui. hære. & l. ius nostrum, de reg. iur.

Secũdo. l. acceptolatũ, infra de ac
78 ceptil. † Respõde id esse quia primus contractus fuit inductus de iure gen
79 tium, † quod est dignius §. singulorũ insti. de rerũ diui. nec per ciuile tollitur §. sed naturalia insti. de iure naturali gen. & ciuil. §. fi. insti. de legiti. agnat. tut. facit. cap. cum inferior, de maio. & obed.

Tertio. l. in rem §. item quæcunq;
80 ad fi. sup. de rei. uẽdi. † Cui põt respõderi, id cõtingere, quia brachium stat accessorie, ouis uero principaliter, nõ autem ob similitudinem, uel dissimilitudinem: facit. l. rerum mistura, infra de usucap. † Brachium est unicum statuæ uno spiritu, ut ibi dicitur, sicut de homine dicitur in. d. l. rerum mistura, ouis autem distat corpore, ac spiritu ab aliis:
82 Quarto moderni addunt †, quod statutum potius interpretatur ab alio stat. quàm à iure communi Ancha. cons. 96. Adde tu plene Dec. in c. i. in princ. & cap. ex literis, nu. 8. 9. de consti. & in cap. causamq; nu. 7. 8. de rescrip. Parisi. cõsi. 97. nu. 15. 16. lib. 3. Cui argumẽto responde ex dictis Decii in. l. i. nu. 2. C. quãdo non pet. part.
83 † quoniam uerba sunt intelligenda secundum qualitatem proferentis, ut ibi per eum, & in. l. quotiens idem sermo, de reg iur. per. l. ex facto §. si quis rogatus, primo, in. fi. infra ad trebel.

V. Ripa addit, quod dicitur de te
84 stamẽto inscriptis† quod facilius trãsit in nuncupatiuum, quàm in codicillũ Bar. in. l. fi. infra de iure codicil. Cui responde, quòd ibi testatoris uoluntas resistit, cum uoluerit testari, non codicillari. l. i. infra de iure codicil.

In oppositum igitur Galiaul. con
85 siderat, quod dicitur de dominio, † quod est iuris, & tamen magis applicatur corporalibus, quæ sunt facti, quàm incorporalibus, quæ in iure cõsistunt. Sed Ripa hic respondet.

Secũdo Ripa ꝑpẽdit. l. nõ codicil

lum C. de testa. ubi testamentum nō transit in codicillum, qui tamen habet similitudinem testamenti, ut per
86 eum, soluentem, † quod ibi non constabat de uoluntate testatoris. hic autem constabat. dicas melius, ibi etiā constabat. sed resistebat, quia uolebat testari, non codicillari, facit. d. l. i. infra de iure codicil.

Proinde ego in primis dico cōtra cōmunē stringere † nā licet directa,
87 possit fieri obliqua, & obliqua directa ut per Bar. in. l. querebatur, infra de
88 mil. testa. † tamen directa facilius conuertitur in fideicommissariam, quàm
89 è conuerso. Ratio est, † quia directa in plus se habet, quàm fideicommissaria, iccirco directa ad fideicommissariā facilius descendere potest Bal. Castr. & Ias. in. l. uerbis ciuilibus, ubi Iaс. col. pen. nu. 19. uers. tu stringe fortius, supra eo, Castrens. d. l. precibus, col. pen. nu. 16. uers. si autem sit
90 facta C. eo. quemadmodum † uerbū possidere, facile ponitur pro tenere, quod est minus, quàm possidere. l. stipulatio ista §. hæc quoq;, de uerb.
91 oblig. † & de tutore, qui eadem ratione, quod est plus, exponitur pro curatore, qui est minus. l. tutores §. i. ubi etiam Bar. supra de admi. tut. & post Aret. Ias. l. quod dicitur. secunda, col. 4. in prin. de uerb. oblig. confert etiā
92 † quia Iudex in causa summaria habet maiorem potestatem, quàm in ordinaria Ias. §. omnium nu. 113. inst.
93 de act. † & propterea summaria fit ordinaria de consensu partium, non è conuerso glo. ult. cle. sepe. ubi etiam Imol. & alii, de uerb. sig. Ias. l. si unus §. pactus. 4. not, supra de pact.

Secundo principaliter facere uidetur, quod inquit Ias. in. l. si arrogator sub. nūm. secundo, col. 2. uers. item apod canones, supra de adop. ubi ait
94 † facilius quem fieri monachum, quā de uno monasterio possit transire ad aliud, Nam quando fit monachus, de uita libera descendit ad quasi seruā, sed ubi de uno ad aliud transit, ad simile transit.
95 Vltimo † nam cū superuenientia pubertatis prohibeatur pupillaris, uidetur prohibita alia similis, sed non alia inferior, ut est fideicommissaria. l. relegatorum §. solet, uersi. potest, infra de interd. & relega. cum si.

Quibus extat responsio ad. l. pater seuerinam. §. conditionum, de cond.
96 & demostra. † nam ibi descendit, ut in. d. l. tutores §. i. Declaratur etiam re-
97 gula, † quod in habentibus symbolū, quia non uidetur procedere, quando id, quod est minus simile, seu dissimile se habet in minus, & descendit, quia facilis est descensus, ut supra.

Sed istis non obstantibus sequor communem per. l. 3. infra. de mil te-
98 sta. † ubi si testamentum militis non potest sustineri iure communi, sustinetur potius ut testamentum militare, quàm, ut codicillus, & sic potius ut dispositio similis, quam inferior.

Secundo adduco, quod inquit Alex. in. l. serui. nu. 9. C. qui testa. fa. pos
66 sunt † ubi clausula, quod testamentū ualeat iure alterius ultimæ uolūtatis. intelligitur de codicillis testamento magis similib., quā de do. causa mor. quæ est dissimilior, ut per eum.
100 Tertio † quia directa militaris est
101 propria † fideicommissaria uerò impropria substitutio, ut utrunq; uidimus supra in rub. ergo ad fideicom-

missariam non est confugiendum nisi in subsidium. l. nō aliter, de lega. 3.
102 Quarto † facilius fit transfusio, quā ablatio glo. & Imol. l. an inutilis §. fi. infra de acceptil. ubi dispositio iuris gentium nō tollitur, ipso iure per acceptilationem, & tamen nouatur. ipso iure, & sic in alium transfunditur. sed ubi directa obliquatur, in totum tollitur, ubi uero in aliam directam transit, nouatur, ergo &c.
103 pro qua conclusione facit † quia res de facili reuertitur ad pristinā naturam. l. si unus §. pactus, in fi. supra de
104 pact. glo. c. statutum, de preb. in 6. † igitur facilius etiā conseruatur arg. l. patre furioso, de his, qui sunt sui, uel alien. iur. prout conseruatur directa saltē in genere, quando in aliam trāsfunditur.
105 Vltimo † quoniā error in nomine appellatiuo tolleratur ob magnam similitudinem, & sic una res pro alia debetur. l. librorū §. quod tamē cassius, de lega. 3. Bar. l. si quis in fundi uocabulo, in princ. in uers. non deberi, de lega. 1. nimirum ergo si ob magnam similitudinem unā directa transmutetur in aliam directam, & facilius quidem, quàm in obliquam.

Et ita tenēdo non obstat, quod directa in plus se habeat, quia concludit, quod fideicommissaria nō fiat directa, ut doctores allegati loquūtur, non autē, quod directa facile nō transeat in aliam directam ut supra probaui, & conducit. l. Gallus. §. & quid si
106 tantum, de lib. & posthu. † ubi facile fit extensio ad casum similem, qui nec per taxatiuam excluditur. l. ob es. C. de præd mi. cum simili.
107 Nec ob. Ias. in. l. si arrogator, † quia ibi agitur de præiudicio primi monasterii, cui monachus erat dicatus, in aut. ingressi. C. de sacros. Eccle.

Nec obstat ultimum, quia est contra dictam. l. 3. de mil. testā. ubi etiam testamētum iure communi erat prohibitum solennitatis defectu, & tamē ad aliud fit transitus, non autem ad codicillum, & ita potius ad casum similem, quàm ad minorem, & inferiorem.

Vera tamen solutio ad istam primā oppositionem est, quod iura cōtraria loquuntur inspecta dispositione iuris communis, hic autem tex. loquitur ex militis priuilegio, & ita in effectu soluit Bar. in. d. l. uerbis ciuilibus, in prima oppo. supra eo. Vel hic una directa transit in aliam, quia uerba patiuntur, & ambæ sub compēdio sa continentur aptitudine, & potentia, in iuribus autē contrariis, uerba directa nō patiuntur obliquam, quæ, cum ibi desit, nimirum si in eam directam non possit transfundi, ut infra.

Secundo Bar. opponit de. l. sed &
108 si plures §. in arrogato, supra eo. † ubi substitutio facta filio, etiam impuberi, non trahitur ab bona filii.

Soluit Bar. tex. nostrum procedere in filio naturali; illum uero in arrogato. Quæ solutio non uidetur bona, cum solum diuersificet species filiorum, non autem reddat diuersitatis rationem iuxtà l. 3. §. nam Diuus
109 Marcus, de iniust. testam. præserti, † cum naturales, & arrogati filii eiusdem iuris dicantur §. adoptiui, insti. de exhæred. lib. §. in plurimis, insti.
110 de adoptio † & hoc max. cū utroq; casu agatur de fauore impuberis. l. si pupillus, infra de acqui. hæred. not. l.

111 ex tribus. C. de inoff. testamento † & ubi patri quid permittitur ob patriã potestatem, non differt pater naturalis ab adoptiuo, ut inquit Alberi in
112 rub. supra eod. nu. 53. † hinc uoluit sub uulgari expressa à patre arrogãte facta, contineri etiam tacitum pupillarem, ac si à patre naturali facta
113 esset † sed hic patria potestas requiritur l. 2. in prin. supra eo. Insti. de pupil. in prin. cum simil. ergo, &c.

Ripa hic sensit rationem diuersitatis, dum dixit, quod induceretur uotum captãdæ mortis ex parte patris arrogantis, qui posset substituere naturales filios, uel agnatos, quæ suspitio cessat in patre naturali, ut p eum; Quæ ratio non placet, quia est
114 fundata in delicto, † quod non præsumitur, l. merito supra pro soci. c. si.
115 extra de presump. & etiam † ex quacunq; substitutione inducitur uotũ captandæ mortis, & tamen tolleratur. l. de fideicomisso C. de transact. & dixi supra in prin. rub.

Neq; ratio Ripæ est generalis, ubi arrogator non haberet liberos, nec agnatos, nec procederet, ubi nepos ex filia arrogeretur ab auo materno
116 §. sed hodiè, instit. de adop. † quó casu tanquam in eo, qui esset de descendentibus, & de liberis aui arrogantis l. i. C. de cond. insert. Bal. ibi, & in. c. i. §. filia, de succes. feud. cessaret uotum captandæ mortis.
117 Alia igitur ratio redditur † id scilicet fuisse introductum ne pater arrogator, qui est pater accidentalis possit præiudicare uero patri naturali his, quæ fecerat expressè, pro ut, si expressè filio substituisset, uel tacitè, ueluti, si permisisset filium decedere intestatum, quo casu ipse pater tacitè censeretur reliquisse hæreditatem filii ultimis hæredibus. l. conficiuntur, in prin. infra de iure codicil. & est bonus tex. l. si fundum per fideicomissum, alias est. l. si Titio §. fi. de leg. primo. Hanc rationem de mente Bal. assignant Imol. & Aret. d. §. in arrogato, pro qua facit. l. cum filiusfam. infra de mil. testamento ubi nec ad præiudicium aui filiusfam. miles potest tutores dare Sed nec placet ista
118 ratio; primo, quia † patris naturalis substitutio euanuit eo ipso, quòd filius se in arrogationem dedit, Bar. l. si arrogator, i. prin. uers. item scias, & ibi Ias. latius col. 2. nu. 8. uers. 2. præmitte, sup. de adopt. & ante eos Azo. in summa. C. eo. de impub. nu. 9. igitur non est pater arrogator, qui sub stitutione præiudicet pater naturali, sed fuit arrogatio, quæ præiudicium attulit, Nec est uerum, quòd substitutione arrogatoris præiudicetur pa-
119 tri naturali, † cum pupillaris facta per patrem naturalem nõ concerneret eius commodum, sed filii, cuius fauore fuit introducta d. l. si pupillus infra de acq. hæred. d. l. ex tribus. C. de inoff. testamento, & latè supra in. l. 2. in prin. cui filio eius præiudicium sibi esset imputandum, cum se in arrogationem dederit, iuxta. l. damnum; de reg. iur. Tertia, & uera ratio ẽ, quòd pater arrogator in arrogatione promiserit, & cauerit de restituendis bonis filii arrogati in ætate pupillari decedentis illis, ad quos perueniissent, si arrogatus non fuisset. l. non enim aliter, supra de adopt. §. cum autem, insist. eo. de adopt. nimirũ si bona ipsa ad substitutus patris arrogantis per

uenire non possunt, quia antedictæ promissioni, & cautiõi arrogator cõ
120 tra ueniret, † & legi fraudẽ faceret, cõtra. l. fraus, supra de legi. hinc, quia arrogator. non promisit restituere quartam, ut constat. d. l. non enim ali
121 ter, & d. §. cum autem, † merito in ea potest facere substitutionem pupillarem fauorabilẽ, licet non possit obliquam odiosam d. l. si arrogator §. i. & notatur in. d. §. in arrogato; fauorabilem potest, quia ab eo peruenit, odiosam uero non potest, quia peruenit ex necessitate legis. d. l. si arrogator, Castrens. d. §. in arrogato, & ante eum Azzo idem sensit in summa, tit. C. eo. de impub. nu. 8.

Vltima ratio colorata esse potuit
122 præmittendo † quod filius arrogatus non est filius uerus, nec uenit appellatione filii. c. adoptiuis, si de feud. fuer. cont. int. dom. & agna. l. si ita qs §. fi. de leg. 2. l. fideicõmissum, de cõd. & demõstra. Vnde Cyn. l. generaliter §. cum autem. C. de insti. & substitut.
123 uult, † quod lex, cum accutissimi. C. de fideicommiss. non procedat in filiis adoptiuis, de qua tamen re latissimè per Siculum. d. l. cum acutissimi per Alex. l. ex facto. §. si quis rogatus,
124 ad trebel. & ibi Ripa, nu. 31. † Sed ẽ filius fictus. l. filio quem pater, de lib. & posthu. §. minorem, instit. de adoptio. docto. max. Soc. l. si cognatis, de rebus. dub. Sic igitur cum perfectè non sit filius, & teneat medium inter uerum filium, & extraneum, pariter perfectè sibi pupillariter substitui nõ potest, sed fuit electa media uia, ut possit in bonis tantum patris arrogatoris, ut in simili dicitur de milite substituente filio emancipato. l. miles. ita hæredem. §. exhæredato, & emancipa
125 to, infra de testamento mil. † ubi substitutio facta emancipato non comprehendit, nisi bona patris substituen
126 tis, & ratio esse potest † quia emancipatus tenet medium inter suum, & extraneum §. emancipati, instit. de hæred. quæ ab intest. cum simil. facit, qđ
127 dicitur de obligatione rẽ restitui, † quæ est media inter obligationem rẽ dari, & rem tradi, Bar. concludit. l. stipulationes non diuiduntur. 8. oppo. uers. uideamus, infra de uerb. oblig.

Sic igitur pater arrogator non potest substituere filio arrogato in bonis propriis ipsius filii. d. §. in arro
128 gato, † qui ampliatur procedere, ẽt in milite de mente Bar. hic, quod ex pressè dixit Ripa: cum enim tex. noster de milite loquatur, cui Bar. opposuit de d. §. in arrogato, & soluit, quod ille tex. loquitur in filio arrogato, tex. autem noster in naturali, stat firmum præsuppositũ, quod ille loquatur, etiam de arrogato militis, & sic ampliatur, ut procedat, non solum in filio arrogato pagani, uerum
129 etiam militis, † & lex simpliciter loquens, includit etiam militem. l. in fraudem, in fin. infra de mil. testamen
130 to † & quamuis in materia odiosa sub dispositione generali, nõ includatur persona priuilegiata, l. fi. C. de iure dot. glo. l. postquã liti. C. de pact.
131 & Iaf rub solut. mat. † id tamẽ intelligitur si sit priuilegiata in illa materia Decius. l. ex testamento, nu. 5. d. C. unde lib. & latè cons. 5. per totum, quod licet uideatur dibutabile ĩ persona priuilegiata per modum regu-
132 læ, tamen secus ẽ in proposito, † ubi miles utitur iure communi, præter-

quàm in casibus in iure specificatis.l. quamquàm.C.de test.mil.cum simil. Vnde cum miles in proposito non reperiatur in specie priuilegiatus, utitur iure communi.

Tertio oppo.Bar.de.l.miles ita hæredem.§.exhæredato,infra de mil. te-
133 stamento †ubi neq; naturali filio facta substitutio comprehendit bona filii. Soluit, quòd hic tex. loquitur de filio in potestate. omnes Bar. sequuntur,ut refert Rip. Qui tamen contra dixit, quia textus in.§. exhæredato,loquitur in filio emancipato exhæredato. à contrario igitur sensu uidetur secus in emancipato instituto .l. i. §. cuius rei,de offi. eius &c.
134 Sed non uidetur uerum, † quòd ille tex. loquatur copulatiuè de emancipato exhæredato, sed disiunctiuè,tam de emancipato , quàm. de exhæredato,dum tamē excludit bona filii à substitutione , in eo non fundatur , quòd filius sit exhæredatus , quasi secus sit in instituto,sed in eo solo facit fundamentum,quòd sit emacipatus , hoc suadet ordo literæ,nam si illud esset ex eo,quòd emancipatus fuisset exhæredatus, utiq; in litera diceretur emancipato miles,&exhæredato,quasi secus esset in emancipato instituto. Verùm quia tex. prius loquitur de exhæredato,mox de emancipato,aparet,quòd uis non consistit in exhæredatione,uel institutione, sed in emancipatione, & hoc est de mente glos. ibi, in uerbo, hoc ius. Et comprobatur,nam in quantum tex. uult substitutum admittendum ad bona patris, deprehenditur, tex. tunc non loqui de exhæredato,sed emancipato instituto,cum exhæredatus non haberet patris bona,in quibus substitutus posit succedere. Nec dicatur quod à patre legatum habere potuisset,quia id
135 est quid accidentale,† quod non est in consideratione .l. ea quæ raro, de
136 leg.& de reg. iur. † & cum ille tex. loquatur de filio simpliciter,& indefinitè, debet intelligi, ut loquatur de omni filio, etiam impubere,non autē de pubere tantum,ut sensit Dec. in.l. in testamento,prima,nu.14. C. de test.mil.si ergo intelligatur ille tex. etiam in pupillo , quo ad pupillarem substitutionem, nihil refert pupillum esse institutum , uel exhæredatum §. non solum Instit. de pupill. L. sed,&si
admitti ut cohæres, cum uerba nõ repugnarent, & ista fuit ratio dubitandi, ut et per Bar. in. l. hæreditas ex die, post mediũ, uers. iuxta prædicta sup. tit. primo, ubi si testator unum instituerit in semisse usq; ad pascha, aliũ uero post pascha in eodem semisse, ambo, reiecto tempore, sunt cohæredes, ut per eum.

Respondet. Papinianus ibi, uerum esse fundamentum substituti, dum dixit non ualere substitutionẽ, eumq; non posse admitti uti substitutum, sed quatenus uult admitti ut coheres, licet uerba paterentur, cum
287 sint directa & ciuilia, † & substitutus dicatur etiam hæres. l. i. supra eo. l. mulieri. §. fi. infra de cond. insti. & uidimus in rub. tamen fundamentum substituti non est probabile, quoniam uoluntas testatoris repugnat, qui uoluit filium interim in uita sua habere totum, non autem partem, & propterea substitutum remanere ab eo exclusum. confert etiam. l. cum in test. in fi. principii supra. tit. i. illic quia non in primum, sed in secundum
288 gradum substituitur. Nec obstat Bar. in. d. l. hæreditas ex die, quia reprobatur per Castrens. in. l. certi iuris. prope fi. uersi. secundum dictũm. C. de. testa. mil. per tex. in. d. l. uerbis ciuilibus, & etiam ibi ambo erant instituti, non unus institutus, & alius substitutus, ut in. d. l. uerbis ciuilibus.

Sed utrum saltem eueniente tempore substitutionis, debeat id consequi tanquam fideicommissarius, dico, quod non, quia tex. dixit, quod
289 sit frustra, † ergo prorsus sine fructu, c. quia frustra, de usur. l. frustra. C.
290 ne ux. pro mari. & est idem, ac si dictum fuisset, nullo modo, secundũ Bar. in. l. pen. §. ad crimen, in fi. infra de publi. iudi. & hoc est argumentum, quo doctores principaliter mouentur in. d. l. uerbis ciuilibus. & in. l. precibus, C. eo. ut etiam refert Rimi. iuni. ibi numero. 337. & 343. Sed non uidetur tutum, & Bar. contra dixisse uidetur in. d. l. uerbis ciuilibus in uers. quero mater &c. ubi respondendo ad glo. dicentem, substitutionem pupillarem factam per matrem, nullo iure ualere, exponit, nullo iure, scilicet directo, Idem igitur, & de. dictione, frustra, cum importet nullo modo Bar. d. §. ad crimen, pro quibus conducit. l. in personam seruilem infra de reg. iur. ibi nulla, & tamen intelligitur de ciuili sola. Con
291 clusio tamen uera est, quia † substitutio, non obliquatur nisi fiat impuberi, & ab initio non ualeat, secus si puberi, ut post doctores, quibus nititur, tradit Castrens. qui ait esse menti tenendum in. d. l. uerbis ciuilibus, colum. fin. uers. sentiunt etiam doct. supra eod. Quæ conclusio comprobatur, quia si ea substitutio posset descendere, & uti fideicommissaria sustineri, inepte fuisset quæsitum, an substitutus posset fieri cohæres, sed id querebatur in subsidium, & Papinianus dixisset esse satis illum posse per obliquum succedere, absque eo, quod allegaret illam rationem, quod filius institutus interim non haberet totum. Cogita.

Tertio oppono de. l. Sceuola infra ad trebel. ubi substitutio iure directo facta obliquatur.

Soluit Bar. duppliciter, Primo quòd
292 ibi substitutio fuit facta in codicillis, & cũ nõ potuerit ualere iure directo fuit decens, ut obliquaretur, in casu, autem nostro iure directo ualere, potest.

Nõ uidetur bona solutio, quia utroq; casu subest impedimẽtũ, in uno codicillorũ, in alio uero pubertatis.

Secunda Solutio Bar. est, quòd ibi codicillos fecit paganus, hic autẽ
293 miles fuit testatus, † qui etiam si fecisset codicilos, adhuc iure directo potuisset substituere: l. militis codicillis, in prin. de mil. testam. l. querebatur, §. fi. eo. tit.

Sed aduertẽ in primis, quia licet † ista oppositio sit recepta, non tamen uidetur conferre in proposito, ubi in 2. parte tex. nostri, agitur de substitutione, quæ ualet iure directo, etiam si institutus decedat post pupillarem ætatem, ibi uero agitur de substitu-
294 tione expressa uulgari, † prout uidetur innuere uerbum (substituo) c. si pater, de testam. in. 6. l. iam hoc iure, supra. eo. Bar. l. Gallus §. i. supra de lib. & posthu. quæ continet tacitam pupillarem, uel saltem solum agitur de pupillari expressa, quæ ex benigna interpretatione obliquatur, & sustinetur dummodo uita decedat in ætate pupillari, hæc igitur oppositio magis congrueret in prima parte tex. quàm in ultima.

Secũdo aduertẽ ad primam solu. Bar. quod ibi substitutio ualere non potuit iure directo, quia fuit facta in codicillis, meritò ex benignitate, fuit obliquata, hic aũt potuit ualere iure directo, ea pp non fuit obliquata, Sed caue, quia Bart. nõ ostẽdit rationẽ in hac pri. solutionẽ, cur hic posit ualere iure directo, max. post pubertatẽ, & si diceretur prout sẽsit Bar. quod hic facta fuit in testamẽto, nõ uideretur id carere diuinatione, cũ tex. laquatur sĩpliciter; nisi dicatur, quod cũ tex. dixerit in pri. parte, substitutionẽ sustineri iure cõmuni, apparet illã fuisse in testamẽto factã, cũ eo iure directa in codicilis fieri nõ posit; Alterã tamẽ Bar. affert solutionẽ, uidelicet, ibi paganũ hic uerò militẽ substituisset directo,
295 † qui miles ẽt ĩ codicillis substituere ualet directo. d. l. militis codicillis, & l. quærebatur, de mil. testa. Sed attẽdẽ † quia hæc solutio nõ uidetur uera, ex
296 eo, quod duo priuilegia, & sic duæ specialitates cõcurrerẽt circa idẽ, una, quia
297 in codicillis directo substitueret † cõtra §. pen. & fi. Insti. de codicil. altera
298 quoniã maiori xiiii. ann. † cõtra §. fi.
299 insti. de pupil. † & ad. l. militis codicillis, ac. l. querebatur §. fi. posset respõderi, ibi unũ tãtũ priuilegiũ cõcedi militi, ut, scilicet, ĩ codicillis instituat hæredẽ, cõtra. d. §. fin. quæ hæredis institutio nõ reperitur restricta, & limitata ad aliqđ tẽpus, ut fuit substitutio
300 directa. d. §. fi. & d. l. uerbis ciuilibus † unde posset ẽt aliter respõderi ad. d. l. Sceuola, quippè ibi illud ẽẽ, quoniã per uerbũ cõmune (substituo) fuit facta, sicuti itellexit Iac. de Arena, hic autẽ uerbis directis. Nec ob. dũ Bar. i. d. l. Sceuola, dicebat, quod substitutio stricto iure ualuisset, nõ ex benigna iterptatione, quod idẽ dixit in. d. l. uerbis ciuilibus & in. d. l. Lucius, col. fi. infra eo. & Alber. in Rub. supra eo. nu. 57. uers.
301 itẽ hoc ẽ cõtra &c. quia respondeo † quòd rigor continet subtilitatem uerborum, ac etiam benignitatem

& ille tex. loquitur de benignitate rigoris, quia dicitur, ex benigna interpretatione, quæ est, ut potius accipiatur tanquam obliqua, ut ualeat, quam ut directa, quæ sit innutilis, quod non esset de stricto iure, quo esset substitu-
302 tio uulgaris directa,† quam importat uerbum (substituo) ubicunque simpliciter profertur absque adiuncto, quod significet tractum temporis. Bar. inf. q.4. principali, & pro hoc sensu, adduco primo Bar. l. ex hac scriptura, col. 2. infra de dona. quem refert & sequitur Rui. l. cum filiofa. col. 5. uers. non
303 ob. l. si fuerit. infra. de leg. primo† ubi uerba (benigna interpretatione) accipiuntur pro mitiori interpretatione,
304 † quæ seruatur in materia testamenti c. cum dilecti, ad fi. extra de dona. tio. l. in testamentis, de reg. iur. non autem, quod illud sit de æquitate, & rigor sit in oppositum.

Secundo hanc sententiam contra Bar. & alios, confirmo, nam si illa benignitas non esset rigor, æquitas esset, igitur idem esset, ac si diceretur. l. 2. C. de codicil. cum simil. correctam extitisse per. d. l. Sceuolam, † cum id importet illud dictum, l. cotem. §. fi. ubi glo. infra de publica glo. in uerbo. locum, in fi. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in fraud. cred. Bart. d. l. ex hac scriptura, ubi oponit de. l. ex facto, de hæredi. insti. idem Bar. l. 2. §. prius, in prin. supra eo. Alber. l. qui Romæ. §. duo fratres, col. 7. in prin. infra de uerb. ob. Dec. l. in omnibus
306 quidem. nu. 4. de reg. iure†. Sed correctio non præsumitur. l. præcipimus, in fi. C. de appella. max. cum. l. Sceuola, sit prior, quæ posteriores corrigere non potuit.

307 Tertio† considero. d. l. 2. C. de codicil. quod uerbis directis hæreditas non potest dari, sed obliquis, iura non faciunt irritas uoluntates; quæ uerba, non faciunt irritas uoluntates &c. sonant id procedere de benignitate, quæ si obseruatur ubi uerba sunt obliqua, secus est ubi sunt directa.

Quarto si uerbum (substituit) profertur simpliciter, & intelligeretur de directa uerbis directis, frustra dictum fuisset, directo substituit, in tex. nostro.

Quinto hoc clare ostendo, quia si uerba ibi fuissent directa, clare consta
308 ret,† & non seruaretur benignitas contra uoluntatem substituentis. l. i. infra
309 de iure codicill. is. enim censetur uoluisse, quod uerba sua clara importat. l. labeo, §. idem Tubero, de suppel. le
310 ga. † & perspicue id constat in l. uerbis ciuilibus, ubi non recuritur ad benignitatem, quia testatoris uoluntas erat in contrarium, ut ibi dicitur, & probatur. l. non codicillum, C. de te-
311 stam. ubi et Alex. † sed cofugitur ad benignitatem pro conseruatione uoluntatis. l. benignius. supra de legibus, l. seruum filii. §. cum qui chirographum, de leg. i. cum si. Dicamus ergo, quod loquitur de illa benignitate, quæ non repugnabat uoluntati ergo uerba non erant directa, sed communia, quæ, cum uiderentur ambigua, fuerut interpretata in benigniore
312 re partem iuxta. l. quotiens, de reb. dub. cum concordant.

Tertio Bar. opponit, dum in tex. dicitur fructus fore restituendos, qui tepore mortis in hæreditate reperiuntur &c. de. l. Iubemus. C. ad
313 Trebel. † ubi fructus non restituuntur, qui medio tempore pcipiuntur.

Soluit Bar. id procedere in resti
tutione, quæ fit uigore fideicōmissi,
& sic obliquæ substitutionis, hic au
tem directae militaris, idem Bar. cō
cludit i.d.l. precibus, col. 2. an. uers.
sumus expediti, & in. l. in testam. pri.
col. fi. C. de testam. mil.

Prima est conclusio ex dictis Bar.
quòd ex obliqua substitutione fru
ctus medio tempore percepti non re
stituuntur, de qua re uidete tex. &
doct. l. in fideicomissariam, infra ad
trebel. in. l. balista, eo. tit. in d. l. iube-
mus, in. l. nec interest, de fideic. hære
di. peti. & Soci. tracta. fallenti. regula
216. incip. hæres de restituenda hære
314 ditate &c. Ratio est † quia grauatus
per fideicomissum interim est domi-
nus. l. domios, ubi etiam doct. de leg.
315 i. † ad quem dominum fructus per
tinent. l. i. 2. C. de pig. actio. c. i. 2. & c.
cōquestus, de usur. scripsi in cōs. 131.
nu. 14. & alibi.

316 Secunda est conclusio † quòd ex di
recta militari fructus restituūtur, qui
in hæreditate patris inueniuntur tē-
pore mortis filii, & hic fuit intellectus
Dy. ad hunc tex. sequuntur Bar. Bal.
Imol. Areti. Soci. & Rip. hic, Bal.
Angel. Sali. & Curti. iuni. d. l. preci
bus. & est communis secundum Are
ti. hic.

317 Primo † quia in dubio est capiendus
ille sensus, qui habet dubitationem,
iuxta l. quod Labeo, de carbo, ædic.
sed intelligendo de fructibus repertis
in hæreditate patris tēpore eius mor
318 tis res non habet dubitationē, † cū
etiam fideicomissario sint restituen-
319 di, glo. l. quòd his uerbis, de leg. 3. †
tum etiam, quia relicti per testatorē
in hæreditate, dicuntur res hæredita
riæ, superuenientes uerò post mortē
testatoris, & ante hæreditatis aditio-
nem, augent hæreditatem. l. item ue-
niunt §. item non solum, in prin. de
peti. hæredi.

Ias. respondebat, quòd dubium fa
320 ciebat militis priuilegium, † quòd
strictè ad fauorem instituti uideba-
tur interpretandum, l. impuberi, de
admin. tuto. Deciditur tamen oppo-
situm, quoniam tales fructus tanquā
res hæreditariæ augent ipsam hære-
ditatem. At secundum Rip. hæc ra-
tio decidendi illa est, quæ facit nul-
lum probabile subesse dubium, Nec
ratio l. impuberi, uidebatur posse
adaptari ad fructus, qui erant in hæ-
reditate tempore obitus testatoris,
cū sint hæreditarii, & de hæreditate,
licet percepti hæreditate iacente, au-
geant, ut supra.

321 Ego dico pro Iasone † satis esse, ꝙ
ratio dubitandi sit collocata glo. l.
eunuchis, C. qui testam. fa. pos. unde
licèt fructus augeant, augent tamen
322 tanquàm additamentum, † de quo,
in materia priuilegii stricta, idem nō
uidebatur, quod de re principali, que
madmodum nec idem uidebatur de
usufructu, qui accrescit proprietati
in. l. si conuenerit §. si nuda, supra de
pigno. actio. & de augmento legati. l.
si ex toto, in prin. de leg i. & de adita
mento dotis in. l. etiam. C. de iure do
ti. Verum quia hæc consideratio nō
conuenit nisi fructibus, qui auxerunt,
non autem in hæreditate tempore
mortis testatoris inuenti fuerunt, ic
circo aliter respondeo ad arg. dum
dicitur, quòd lex debet esse de dubi
323 tabili, † nam id est intelligendum re
spectu decisionis principalis, iuxtà tra

dita per Dec.l.illam nu.8.C. de collatio. facit.l. si quis nec causam,&.l. rogasti.ff.si cert. pet. principaliter autẽ in tex.nostro in 2. parte deciditur,an substitutio sustineatur iure directo,& istud,est quod carere non debuit dubitatione.
324 † facit id,quod de stat.dicitur, ut ultra ius commune debeat aliquid operari, nam intelligitur in principali decisione, quia in reliquis secundum ius commune interpretatur.l.2.ubi glo.& docto.C.de noxal. l.fi.§. in computatione.C. de iure delib. Dec. post Iaf.l.nemo nu.6.C.qui testam. fa. pos. & dixi in cons. 137. num. 10.

Secundo pro communi Areti.hic ponderabat tex.nostrum,nam si intelligeretur de fructibus repertis in hæreditate testatoris tempore mortis suæ,frustra de fructibus in tex.nostro fuisset facta mentio, & satis fuisset dicere restituat bona patris d. §. item non solum.

Respõdebat Dec.l.si testamẽto,col. antepen. uers. alia ratione. C. de te-
325 stam. mil. † quod licet augeant hæreditatem,ueniunt tamen appell. fructuum,d.l.item ueniũt.§. fructus,ideo ad submouendum hoc dubium, subiunxit,cum fructibus.& ita etiã prius Soci. hic responderat, cuius Dec. mentionem non facit. Replicat Ripa assumptum Decii non probari
326 quod ueniant appell. fructuum,† & illum tex. in §. fructus, loqui de fructibus per hæredem perceptis,& licet isti existẽtes in hæreditate antequam sit adita, possint appellari fructus, ut uoluit glo.in.d.l.quod his uerbis, de leg.3. tamen dicuntur bona testatoris, & in effectu hæc etiam fuit replicatio Soci.hic in ult. notabili.

Ego dico,quod si concedatur appellari fructus,non obstante,quod et dicantur bona testatoris, dubiũ esse potuit, cur non dicantur bona testatoris simpliciter, sed etiam dicantur fructus,& sic sunt bona, quæ habent etiam aliud nomẽ, ideo bonorum appellatiõe in hac mater priuilegii stricta,non uidebantur comprehensa.l.ligni.§. offilius, & .l. hoc legatum, de leg. 3.

Tertio pro cõmuni mouebatur Lãfranc. de oriano, † quoniam fructus non præsumuntur durare ultra triẽnium glo.l.i.C.si aduer.usucap. ergo uidetur impossibile,quod tex. loquatur de fructibus repertis tẽpore mortis patris,quia eo modo filius moreretur ante triennium, & ut per eum.
328 Respondet Rip.& bene,† quod tenebitur ad fructuum pretium,.l. mulier.§. sed etenim,infra ad trebel.

Quarto mouebatur Soci. hic pariter ponderando hunc tex. in uerbo (inuentis) ergo a contrario sensu nõ restituuntur consumpti,qui restituerentur si ageretur de existentibus tẽpore mortis testatoris, quia ex illis, consumpti impuntantur in quartam,
329 † iuxta not.l. Marcellus §. res quæ, ad treb.

Respondeo si erant consumpti tẽpore mortis testatoris, non est opus dicere,quod imputentur, si enim intelligatur secundum Angel. de inuẽtis in hæreditate tempore mortis testatoris, oportet pariter intelligere de consumptis tempore mortis testatoris,quo stante arg. nihil ualet,quia non est intelligendũ de cõsumptis tẽpore restitutionis hæreditatis,sed de

consumptis tēpore inuentionis, quod est mortis testatoris, non instituti.

Quinto loco Curti. iuni. in. l. praeci bus nu. 75. utebatur ratione., quoniam licet sub militari non comprehendantur bona hæredis ne fiat pre iudicium tertio, debent tamen comprehendi fructus per hæredem percepti ex bonis testatoris. Sed ego ne

330 go, † bona fuisse testatoris tempore perceptionis. l. sed si plures. §. filio, supra eo. l. domos, de leg. i.

Sexto Rip. mouebatur, quia uerbum, capiet (ad quod etiam refertur, quod dicitur de fructibus) habet relationem ad uers. post eā ætatē, ergo tex. debet intelligi de fructibus inuētis in hæreditate post eam ætatem, &

331 consequenter tēpore mortis filii, † quoniam illa qualitas temporis oīa determinat, quæ regūtur ab illo uerbo principali, Bar. l. i. §. eritq; differētia. ff. ui bon. rap. & Maria. hic inquit hoc arg. esse suum sibi surreptum dū Pisis hanc legem publicè interpretaretur.

Sed potest responderi, quod illa qualitas, post eam ætatem, non determinant uerbum, capiet, sed referuntur ad subintellectum uerbum, decesserit, ut etiam Bar. subintelligit uerbū, capiat infra. q. 2. prin. uers. sed quid si testator, & in proposito est sensus; si filius institutus decesserit infra. xiiii. annos, substitutus iure communi capiet etiam bona propria filii, post eam autem ætatē si decesserit, ex priuilegio militis capiet bona patris duntaxat, unà cum fructibus repertis in hæreditate, quo autem tempore, hoc non determinat tex. unde qualitas illa (post eam autem ætatem) solum determinat uerbum, decesserit, iuxta tradita per Bar. l. ex facto 2. oppo. uers. 3. casu, infra eo.

Vltimo mouebatur Maria. quia fructus capiuntur ex priuilegio, ergo extantes tempore mortis filii, quia inuenti tempore mortis patris sine priuilegio restituendi sunt; Sed respōde, quod uerba, ex priuilegio, referuntur ad ualiditatem substitutionis, & quod sit directa etiam post xiiii. annum, ut supra.

Contrariā sententiam tenet Ang. hic sibi parum constans, sequuntur Cast. Alex. Ias & Claud. Fulgo. Castren. Roma. & Dec. d. l. in testamēto, Castrens. d. l. precibus, col. pen. nu. 20. uers. addit Bar. aliam &c.

332 Primo † quoniam hæres non debet esse deterioris conditionis ubi substitutio est directa, quam obliqua, sed ubi est obliqua non tenetur ad hos fructus, ergo &c.

Respondetur, quod immo hæres in directa; & eius respectu est deterioris conditionis, primo quia amittit le

333 gitimam, † quam hæres militis non retinet, & hoc saltem tempore huius l. quicquid sit hodie p. §. aliud quoq; capitulū, auth. ut cū de appel. cogn.

Secundo quia secundum Ripam amittit iura directa, & definit esse hæres, quod maximæ importantiæ est.

Tertio quia non retinet trebellianicam.

Quarto amittit iura sepulcrorū.

Sed ad omnia posset replicari, quod si in illis casibus est deterioris conditionis nō sequitur, quod etiam in hoc casu debeat esse, immo est di

334 cendum oppositum †; per regulam. l. eum qui, de iure iur. l. secundum

scenditur regula, & iuris communis dispositio, quod sit facta, & non no-
202 ceat, quam quod non sit facta † ergo & c.l.2.C. de noxal.l.fi. §. in computatione.C. de iure deliber: & hoc est sensit Dec.d.l. precibus, nu.xi.
203 Postremo † in dubio non est discedendum a regula, pro qua praesumitur. Bar.l. quoties supra si quis caut. & in.l.ii. si quis in ius uocat. no ier. Dec.l.i.nu.8. de reg. iur. cons. 8. in princ. Grat.cos.3.nu.29. lib. i.& 116. nu.9.lib.2.Curti.seni.cos.49.sub nu.3. & alias dixi. Sic igitur existit abinitio, licet contra matrem non habeat effectum ut in simili dicitur de sente
204 tia, † quae quandoq; ualet licet non praeiudicet no citato Alex.l. de uno quoq; nu.17.infra de re iud. Dec.l. iure ciuili, num.4.de reg.iur.& consi
205 fert † quia legitimatio facta per patrem nulla facta mentione de filia legitima, & naturali, ualet in substantia, licet illi no praeiudicet. Rui.cons.85.
206 nu.3.lib.3. † & Idem quando non ex primitur ius alteri quesitum. Butr.in c. per uener. bilem.ch. 17. uers. ego credo; qui filii sint legitimi.

Sed contra praedicta facere uidetur; nam nullo modo uidetur, quod pos-
207 sit dari tacita, quae sit directa † quia ex coniecturis induci non potest. l.iubemus. C. de testam. Castr.l. pen.C.
208 eo. Inferens, quod per haec uerba † si omnes decesserint in pupillari aetate, substituo Gaium, no includitur pupillaris directa inter filios in conditione positos. Ita Ripa hic, qui se remittit ad dicta p eum.in.l. haeredes mei, §.cum ita, ad trebell.

Adde, quod idem dixit Castrens.l. uel singulis infra eo. Idem Rip. infra
209 ead.l.nu.159. † Et sic secundu hac Castrens. sententiam declaratur .l. cum proponebatur, infra de. leg.sea
210 cun. quae uult. † testatoris metem posse declarari coiecturis: nam uidetur procedere in obliquis, non aute in directis.

Sed contrarium tenuit Alex.d.l. uel singulis, quia dummodo personae exprimentur, etiam in directis dispositionibus, testatoris mens declaratur coniecturis. allegat.l. iam hoc iure, & .l. quidam testameto, supra eo; &c. Sed uidetur posse responderi, quod coniecturis ibi non colligitur testatoris intentio, sed est lex, quae ex se illam interpretatur, ut supra dictu est.

Vidi etiam allegari.l.licet, de leg. primo cum aliis de quibus per Dec. l.i.nu.4.C. de collat.
211 Sed potest responderi, † quod loquitur ad inducendum legatum, non autem substitutionem directa in haereditate.

¶ Mihi tamen placet sententia Alex.
212 per d. l. iam hoc iure, † dum tex. inquit, quod ob imparitatem, uulgaris tantum facta intelligitur, nisi testatoris uoluntas refragetur, ibi, quo ad pupillarem testatoris uoluntas non fuit expressa, ergo quod refragetur, uel non, colligitur ex coniecturis. Idem in.l. ex facto §. item quaero in fine infra eo. Et si lex inducit tacitam, siue praesumptam pupillarem ex eo solo, quod praesumit, si testator cogitasset, uel fuisset interrogatus, ita dixisset, tanto magis credendu est, quod lex uoluerit substitutionem induci posse, ubi testatoris uoluntas est ma-
213 nifesta † prout uidetur, ubi ex coniecturis colligitur d.l. licet, de leg.p.

214 † Ad.

214 † Ad.l iubemus.C.de testam. extat responsio ex dictis Alex.d.l.uel singu lis,quia in proposito personæ sunt ex pressæ,nec est persona, quæ coniectu retur,qa de ea cõstat,sed ẽ substitutio
215 ipsa.† Quibus apparet ampliandã es se.d.l.cũ proponebatur, de leg. 2. cũ suis cõcordãtib. ut procedat ẽt in di rectis substitutionib., facta tamẽ pso narum expresione, ut dictum est.

Sed qs ẽ effectus pcedentis inuesti gationis,qđ scilicet matre superstite exp̃ssa uulgaris cõtineat præsuptã pu
216 pillarẽ? primus ẽt quãdo mater præ moreretur pupillo,tũc substitutus ad mitteretur,quem effectũ posuit Impe rator.d.l.fi.in fine.C.de instit. & sub stit. Ias.d.l precibus.

Secundus ẽ effectus,quẽ Bar. hic de
217 clarat,†quoniã matre repudiãte sub stitutus admittitur contra alios, qui nõ admitteretur,si deesset pupillaris: Sic igitur Bar.concludit, ꝙ si mater recuset ab ĩtestato succedere filio im puberi,succedit substitutus , exclusis cæteris ab intestato uenientibus.mo
218 guetur Bar.†qa paria sũt mortẽ obire, uel repudiare,l.2.§.sed si sit sui,cum§. seq.inf.ad Tertul.Ripa allegat.l.i.§.pe. de bo.pos.cõtratab.q̃ iura probãt ma tri suos nepotes obstare si succedãt,a lias secus,puta si abstineãt, sed respon sio his iurib.extat ex sentẽtia Angeli
219 de qua paulò post.Cõfirmat Ripa,† qa substitutus cẽsetur uocatus sub cõ
220 ditione si mater nõ erit hæres,† q̃ cõ ditio impletur,uel qa nolit,uel qa nõ possit.l.3.C.de hæred.insti.&ĩ effectu ita Bal.in.d.l.pcib.prima oppo. Sed nihil est ut inf.apparebit,quia non ẽ conditionalis substitutio,sed pura,cũ
221 semp existat,†qđ in conditionali nõ esset.l.si quis sub conditione dãdorũ decẽ.ff.si quis omis.cau.test.nõ tãmẽ nocet matri.conditio n.est illa, si de cesserit in pupillari ætate,iux.notata in.l.qui liberis,in prin.sup.eo. & esset
222 duplex,†qđ non est dicen.arg.l i.C. de dot.promis.max.cum conditio sit
223 facti,†& præsumatur purus actus. l. i.in prin.de cond.& demonst.

Angel.aũt in.l.pcib.in prin.arguta rõe contradixit, nã mortuo pupillo hæreditas illico matri fuit ab intesta
224 to delata,†& consequenter cessauit statim cã testati.l.quãdiu,de acq. hæ re.alioquin si non cessasset,matri non competiisset facultas adeũdi ab inte stato.d.l.quamdiù,&.l. antequàm.C.
225 cõia de success.† &cũ cã testamenti cessauerit,amplius non põt reuiuisce re.l.qui res§.aream,inf.de solutio.
226 Respondet Alex.†ꝙ matri hæredi tas cẽsetur delata sub cond. si eã ha bebit cũ effectu,& idẽ prius uirtuali ter dixit Bal.d.l.pcib prima oppo. si cut ẽt scđm Alex.mater cẽsetur uo cata,si prior nõ decesserit.d.l.fi. in fi. C.de inst.&substi.igitur ẽt si nõ repu diauerit non est bonũ arg.qa quãdo prius decessit adhuc hæreditas nõ erat delata uiuo pupillo.l.delata, de uerb.sig sed quãdo repudiat. iã ẽ de lata,&cã testati exclusa,q̃ nõ uidetur posse reuiuiscere, ut dicebat Angel. Secũdo respõdet Dec.d.l.pcib.nu.xii. de stat.fœmi.exclusiuo.Sed põt respõ
227 deri,†quòd in casu statuti fœminæ uocantur uerbis, ac mẽte iuris com munis.l.maximum uitium.C. de lib.
228 præt.†hic autem substitutus nec ex mente quidem,sed per extensionem .l.quamuis.C.eo. ubi etiam Doctor. meritò facilius excluditur,ẽt si mater repudiet,dũmodo adire potuerit, & sic fuerit delata successio , Nec iure

K

probatur, quod sit delata sub cōditione, si habebit, sed mater absolute, & simpliciter uocata est à lege. Tu dicas, ꝙ ẽ substitutus, qui cẽsetur uocatus hac lege, ne noceat matri, igitur ubi mater nō pōt, uel nō uult, nō est substitutio, sed sua uolūtas, quæ matrẽ excludit. l. ueteris, ĩ fi, de itin. actuq; priuat. ideo is admittitur cōtra alios, & sic ex uolūtate defuncti prius mater admittitur ab intestato, quàm substitutus ex testamẽto, non tamen substitutus excluditur eo, quod matri hæreditas prius sit delata, qa testator noluit,
229 †& ita limitatur regula. l. quamdiu, & de hoc ẽ tex. l. si qs ita hæres institutatur, sup. tit. p. de quo hic p Ias. &
230 †Rip. qui tex. cū loquatur de primo ĩstituto, ut cōstat ex uerbis literæ, & tradit Soc. l. i. nu. 5. sup. eo, āpliatur, ut procedat ẽt ĩ substituto, q pariter pōt substitui sub cōditione, si institutus ĩ pupillari ætate decesserit, & legitimus hæres hæreditatẽ nō adierit, ita colligitur ex sup. scriptis, sed pro ĩtellectu d. l. si qs ita hæres ĩstituatur, uide Bal. & cæteros. l. ātequam C. comm. de succes. Dec. & Cagnol. l. quamdiu, de reg. iur. & max. Cagnol. num. 3.

Secūdo respōdeo ad rationẽ Angeli, quod stati delata successione matri ab intestato, cessat causa testati respectu matris, non absolute, ut dixi de sententia, nam licet aliquis in ea non citatus agat, & quo ad eum sententiā remoueat, nō tamẽ eā, annullat in to
231 tū etiā quo ad alios. Vel dicas † quod ubi actus ẽ nullus, nō in substātia, sed in effectu ad commodum alicuius, sil le nō admittatur, dispositio seu actus ab initio ualuit, reassumit effectum, ita Rui. d. cōs. 85. sub. num. 5. & addu
232 cit † quod testamẽtū usurarii sine cautione ualet in substantia, licet nō habeat effectū. c. quāquā, de usuris in. 6.
233 † Ideo si postea cautio præstetur, effectus reuiuiscit, ut per eū. Adde Bar. l. si ita quis. §. ea lege, col. i. circa med. de uerb. oblig. l. uniuersa, prope finẽ. C. de precibus imper. offer. Castr. post Bar. l. cū lex, col. fin. infra de fideiuss. Fel. c. cū dilecta. nu. 26. & seq. de rescriptis. Dec. c. 2. nu. 12. de testibus. Curt.
234 iun. l. edita. nu. 82. C. de eded. † & sic regula. §. aream, procedit quando substantia extinguitur, nō effectus solus.

Postremo ad Ang. respondeo, intentionem suā uideri cōtra. d. l. 2. §. sed si
235 sint sui, ad Tertul. † ubi si filii, quibus successio erat delata, abstineāt, mater, cui præferebantur, admittitur, Igitur sicut mater ibi ex eo solo, ꝙ filiis esset delata successio nō excluditur, ita nec hic pupillariter substitutus, nisi dixeris; qd ibi oẽs uocātur ab intestato, hic uero, secūdū Ang. mater ab itẽstato, substitutus uero ex test. cogita.

Secundo loco cōtra prædictā cōclusionem cōmunem uidetur. l. filius fam. §. cum quis, infra de leg. primo.
236 Respōdebat Cuma, Alex. & Ias. ꝙ ille tex. loquitur ĩ cōditione expressa à testatore, nos autem in substitutione à lege præsumpta, sequitur Ias. & Dec. d. l. præcibus nu. xi. prope finem Ruy. cons. 67. nu. 12. 122. nu. 4. 5. lib. 3. ubi ita ẽt intelligūt tacitā cōditionẽ. l. cum auus, de cōd. & dẽ. & l. cū a-
237 cutissimi. C. de fideic. † & tādẽ dicūt non uerificari in naturalibus tantum. l. generaliter. §. cum autẽ. C. de instit. & substit: & tamẽ est secus in expressa hominis. l. ex facto. §. si quis rogatus, infra ad trebell. ut distinxit glos. d. §. si quis rogatus & tradit Dec. cons. i. nu. 8. Durans de arte test. tit.

5. caut. 15. nu. 4. in fi. & est communis ut dixi in consl. 656. num. 41. & consl. 88. nu. 18. eandem distinctionẽ sequutus sum. Et propterea si testator relinquat hæredem uxorẽ & post eius mortem filiam, & post mortem filiæ, Monasterium, si filia etiam relictis liberis prædecedat uxori, nepotes ipsi ex filia excluduntur, tum ex persona sua, quia non sunt uocati, sed in conditione positi, tum etiam ex persona
238 matris†, quæ non transmisit hæreditatem ad filios, glos. & doct. l. i. C. de his qui ante apert. tab. neq; nepotes ipsi in tacita conditione subintellecti, cum non admittantur, nocent Monasterio substituto, ut consuluit Ruy. d. consl. 224.

Sed secundum Ripã non constat de ratione differentiæ, præsertim cũ præsumptio hæc legis fundetur in coniecturata testatoris mente. Ergo uel sit testatoris, uel legis, parum ui-
239 detur referre† cum sit dispositio legis representãs factum hominis, iux. tex. in auth. hoc ãplius. C. de fideic.

Respondebat aliter Ripa, quod substitutus non est exclusus, si mater existat, sed si succedet. Non placet quia substitutio non est conditionalis, sed pura non tamẽ nocet matri, & casu quo noceat, resoluitur. Ripa igitur iterũ respõdet, ut p Bar. l. 1. §. pen. infra de contrat. sequitur Dec. cons. 296. nu. 5. uers. nõ obstat, † ubi in §. cũ quis, illud est, quia filii sunt in conditione positi, & tũc nõ excludũt ex eo quia habeãt ius potẽtius, scilicet, quia purificata ẽ cõditio, hæc autẽ mater excludit substitutũ, quia habet ius potentius ad succedendum. Ideo ita demum debet excludere si succedat. & fuit solutio Soci. At Galiaul. contra, quia restringitur ille tex. ad extraneũ hæredẽ. Maria replicat, sed nõ cõcluderet hodie fratre substituto, auth. defuncto. C. ad tertul.

Tu potes dicere, quod d. §. cum quis, loquitur in substitutione fideic. in qua ad exclusionem substituti, sufficit filios extare, quo magis fideic. excludatur, nos autẽ loquimur de substitutione directa pupillari, in qua, nõ solũ requiritur, quod mater sit superstes, sed succedat, quo magis substitu-
241 tio ipsa admittatur, ratio ẽ † quia fideic. ẽ odiosa. l. cohæredi. §. cũ filiæ, in
242 fra eo. † pupillaris autem fauorabilis. l. ex tribus. C. de inoff. testam. l. si pupillus, la prima. ff. de acqui. hæredi. & tradit claris. l. c. & nũc merito patriæ meæ Reuerendiss. epus. Paul. Leoni. in. tracta. substi. tit. de pupil. nu. 128. & clarius. nu. 216. in odiosa igitur sufficit, ꝙ liberi extẽt, ut facilius substitutio euanescat, sed in fauorabili requiritur effectus successionis, ut facilius substitutio admittatur. Vel dicas qđ cõditio ibi respicit substãtiam substitutionis, hic aũt solũ effectũ, ut sup. igitur oportet, ꝙ mater effectualiter succedat. Vel in. §. cũ quis, agitur de cõdi-
243 tione uolũtaria † quæ nõ requirit iuris effectum. l. qui liberis. §. hæc uerba sup. eo. Bart. i. l. Gallus §. & quid si tãtũ, de lib. & posth. hic uero agitur de beneficio matris, qđ intelligitur ipsa uolẽte, ut sup. sæpe, Vel hic agitur de exclusione post ius quæsitum & conditionẽ impletã morte impuberis, ibi uero ius erat quærẽdũ, nõ quæsitũ.

Tertio contra prædictã conclusionem obstare uidetur, quod habetur in. l. post mortem §. fin. de bon. pos.

contratab.in.l.i. in fin.si tab. testam.
244 nul.extab †ubi præteritio non solũ
prodest filio præterito,quoad benefi
cium contratabulandi, uerum etiam
cæteris fratribus, quibus præteritus
245 ipse nõ potest præiudicare.Sol.†ibi
absolutè actus est nullus ob formam
246 non seruatam† cui præteritus renũ
tiare nõ potest.l.nemo potest.de.leg.
pri.saltẽ ad præiudicium tertii. Bar.
l.pen.col.2.uers.2.casu,C.de pact.hic
autem res fuit restricta,ut pupillaris
tacita non noceat matri,igitur cæte
ris nocere potest. stat igitur conclu
sio,quòd ita demum mater excludit
substitutum, si mater ipsa non repu
diet,&sic filii hæreditatem consequa
247 tur,qua conclusione infertur†idem
esse quando mater aliter excludere
tur,putà statuto,facit.l.2.§. expectan
di, infra de bonor.poss.secund.tabul.
& quod tradit Bar.l.2.§.&si sint sui.
inf.ad Tertul.Dec.l.precibus,nu.12.
248 †Vel quia infra annum non peteret
illi de tutore prouideri, iuxtà .l.2.§.
mater infra ad tertul.l. omnẽ. C.eo.
.l.sciant C.de legit.hæred.Castr.cõs.
187.lib.i.&alibi per Doctores& hũc
tertium effectum posuit Bal. d.l.præ
249 cibus,col.4. uers. uideamus † Vel
quia post mortẽ pupilli cõmitteret
aliquid inhonestũ, ut notatur.in.l.fi
deicommissum,.C.de fideicom. &.l.
sororem. C. de his quib. ut indign.
notatur in.c.plerunq; , extra`, de do
nat. inter uir.&uxorem,& est perinde
de istis casibus,ac si non existeret ma
ter.d.l.2.infra ad tertul.l.i.§.pen. in
fra de bon.poss. contra tab.& tradit
Bar.l.2.in princ.col.fin.uers.item qđ
si mater,supra eod. Vltimus est effe
ctus quia substitutus si non existeret
pupillaris, etiã à iudice excluderetur,
250 †. tamquam sine actione agens .l. si
pupilli.§. uideamus, de neg.gest.Bar.
.l. cum qui ita.§. qui ita, de uerb. ob.
cum simil.&c.
Circa secundã partem tex. in qua
251 dicitur†post pubertatem iure dire
cto militari substitutionem sustineri.
Opponitur đ.l.precibus,propè fi
nem, ubi Compendiosa facta à milite
post pubertatem obliquatur.
Prima solutio fuit,quòd etiam hic
adueniente tempore pubertatis obli
quatur. Quæ solutio displicuit glos.,
& rectè secundum Bart.hic,quoniam
252 † miles etiam maiori directo potest
substituere.l.quærebatur.§. fi. l. miles
ita hæredem.l.milites etiam in his,de
253 milit.testam.comprobat Bar. † quo
niam in fideicommissaria non resti
tuuntur fructus percepti post testato
ris mortem .l. iubemus.C. ad trebel.
melius facit .l. in fideicommissariam,
254 supra ad trebel.† cum.l.iubemus,de
imputatione loquatur, non de resti
tutione.
Posset negari fructus , de quibus
hic,esse perceptos post testatoris obi
tum,cum eius rei maxima sit dubita
tio,de qua infra ultima oppos.& etiã,
ut ualeret iure òbliquo, fuit necessa
rium militis priuilegium , cum absq;
eo non ualeret.l. uerbis ciuilibus, su
pra eo.Dicas tu non probabilem hãc
primam solutionem, quia substitutio
hic frustra restringeretur ad bona pa
tris,si obliquaretur,quia tunc sui natu
ra ea sola bona contineret;de eis bo
255 nis igitur tex.mentionem fecit† iux
tà solitũ in directis militatibus.l.mili
tes etiam in his.l.miles ita hæredem
§.exhæredato,infra demilit. testam.

Unde, cum post pubertatem hic sic directa ergo &c.

Secundo loco ad d. l. præcibus, respondebat glo hic, & ibi, & in cap. si
256 pater, de testam. in. 6. † quod ibi mater est in medio, hic autem non, & hanc solutionem sequuti sunt omnes usq; ad tépus Bart. ut hic per Alex. ex qua solutione, si esset uera, amplia
257 rentur dicta in præcedenti oppos. † nam pupillaris præsumpta nõ nocet matri. l. fi. C. de insti. & substi. similiter pupillaris compẽdiosa facta etiam à milite illi non noceret, & eius fauore obliquaretur post pupillarem ætatẽ, sed hæc solutio communiter impugnatur, quoniam indicat, si in termi nis huius legis mater fuisset superstes substit. pariter obliquaretur post æ
258 tatem pupillarem, † quod omnes ab negant, ut hic, & in . l. in testamento C. de testam. mil. illa sola ratione, quia hic tex. loquitur generaliter, sed responde, quod uidetur posse distingui per l. nouã, ultimã. C. de insti. & substi. iuxta regulam, l. non est nouum, supra de legi. Bar. in. l. omnes populi, in. 4. q. 6. q. prin. supra de iusti. & iure, cum si.

Secundo reprobatur Glossæ solutio, quoniam matri nũquam fauetur contra propriam uerborum significationem, si enim quando uerba sunt ambigua, seu generalia, ut in breuiloqua, seu compendiosa, † in quibus
259 uerba sunt generaliter prolata. l. Lucius, infra. eo. glo. & communiter Do cto. l. precibus, propè fi. & supra uidi
260 mus, † pupillaris contenta in illis excludit matrem, minus hic uerbum directo specificatum, debet obliquari fauore matris, ita Ias. hic. At suum præsuppositum uerum non uidetur nempè matrẽ excludi per uerba am
261 bigua, & generalia, † hinc si sint communia obliquantur fauore matris Bar. infra. q. 3. uers. dico, quod debemus &c. uerum est, quod generalia directa matrem excludũt, ut dicitur in d. l. Lucius, & supra uidimus.

Tertio impugnatur solutio ipsa, quoniã hic agitur de hæreditate mi litis, in qua non curatur de fauore
262 matris, † sed solum ubi agitur de luctuosa filii hæreditate d. l. fi. C. de insti. & substi. ubi glo. ita Fulgo. d. l. præcibus.

Respondet Ias. post Alex. quod satis agitur de bonis filii respectu legitimæ cõtentæ in bonis patris, quã mater priuaretur, nisi substitutio obliquaretur, unde hæc 3. impugnatio non est tuta, super qua Dec. post Ias. d. l. præcibus, multa uerba profudit.
263 Dico ego ultimo † priuilegia non fore multiplicanda. l. 1. C. de dot. promiss. glo. l. à Diuo Pio, in prin. & est glo. magna, post prin. int. de re iudi. glo. l. bene à Zenone. C. de quad. prescrip. & ad aliud propositũ Rip. hic nu. 45. & latè dixi in cons. 385. nu. 1. sed si mater priuilegiata est in tacita, seu presumpta sub uulgari cõtenta, ubi uerba omnino desunt, & sic talis pupillaris omninò est tacita, non debet etiam tale habere priuilegium, quando uerba sunt expressa, ut in d. l. præcibus.

Bartolus. 3. loco soluebat, quod substitutio hic fuit facta uerbis directis, ibi uerò uerbo communi, substituo, & hæc est communis solutio nostri temporis, ut per Alex. hic, quam solutionem Ias. ibi, & hic Rip. post

Iaſ. improbant, quia uaticinium eſt, ibi ſubſtitutionem fuiſſe factam uerbo cõmuni, cum uerbum (ſubſtituit) ibi debeat ſcribi, .i. conſtituit. Hoc nihil eſt, quia reperitur utrumq;. Quinimo poſt Saly. Iaſ. ait in. d.l. precibus, ſubſtitutionem factam fuiſſe uerbis directis, ut hic, patet dum ille tex. dixit, quod miles ſecundum ſcripſit hæredem &c. & ibi, eos habeat hæredes, quos pater ei conſtituit &c.

Sed aduerte, quia facit mentionẽ de hærede circa principium in recitatione caſus, ibi, ſecundum hæredem ſcripſiſſe &c. quod uerbum poteſt ſtare propriè reſpectu uulgaris, & pupillaris, & impropriè reſpectu obliquæ, de qua in fi. facit glo. l. 2. ſupra de off.
264 proconſul. † & fideicommiſſarius ẽ hæres impropriè. l. ſi filiusfa. §. 1. ſupra quod cum eo, & dixi ſupra in Rub. nu 247 ac tradit eruditisſi. Leoni .d. tracta. ſubſtitu. in prælud. nu. cxi. deinde tex. iterum inquit, quod eos habebit hæredes, quos pater ei conſtituit &c. ſed loquitur quando antè 14. annos filius inſtitutus deceſsit, ut ibi expreſsè dicitur, non autem loquitur in caſu compendioſæ; de qua in fi. & illa ſunt uerba deciſionis Imperatoris, non autẽ ſubſtitutionis, cuius uerba non apparent, niſi in quantum Imperator aſſerit, quod ſubſtituit, quibus autem uerbis ſubſtituerit, nõ cõſtat, ſicuti nec in. l. ſceuola, ad Trebel.

Quarta fuit ſolutio, quod hic miles ſubſtituerit, ſi inſtitutus deceſserit inf. certam ætatem, ibi uero ſimpliciter, & fuit intelligentia Benedicti de Plombino, quem ambo Decii ſequuntur in d.l. precibus. Sed damnatur à glo, ibi, dum ſupplet, max. Item quia ſecundum Soc. hic poſt pubertatem nihil intereſt certam ætatem eſſe, uel non eſſe expreſſam, cum utroq; caſu ſubſtitutio facta uerbis directis ualere nõ poſsit, niſi ex militis priuilegio, ut hic in ſecunda parte. Nec conſtat quod ibi facta nõ fuerit uſq; ad certam ætatem poſt pupillarẽ, cum tex. in illis uerbis (non uſq; ad certam ætatem) ſenſerit de anno. xiiii. cum .n. dixerit tex. (ſi uero ſubſtitutio in ſecundũ caſum expreſſa, uel compendioſa non uſq; ad certam ætatem) id uidetur dixiſſe ad differentiam pupil
265 laris, † & ſic certa ætas accipitur pro ætate pupillari ſecundum glo. ibi in ſolutione.

Quinta fuit ſolutio Caſtelionei, de qua per Fulgo. d. l. præcibus, & per Cuma. ac Iaſ. hic, quod ſcilicet hic, & ibi, ualeat iure directo militari, ex qua ſucceditur ad bona tãtum teſtatoris, ueluti ex fideicomiſſo, ideſt ad
266 ſimilitudinem fideicomisſi, † quo tãtummodo ſucceditur in bonis teſtatoris. l. cohæredi, §. cum filia, infra eo. Damnatur à Caſt. in. d. l. præcibus, in fi. & ab Alex. hic, quia in d. l. præcibus, in fi. dicitur, bona à te peti poſſunt, ergo mater erat per fideicõmiſſum grauata, alioquin ſi iure directo ualuiſſet, propria auctoritate ſubſtitutus bona accipere potuiſſet. Replicat Iaſ. quod ibi filius extiterat hæres patris, & mater ab inteſtato bona filii occupauerat, ſed eſt diuinare, quod mater occupauerat, quinimo ſecundum Deciuni in. d. l. præcibus, tex. dicit (te eius ſucceſsionem obtinente, ueluti ex iuſta cauſa fideicõmisſi &c.) ſi fuiſſet directa ſucceſsio, matri indiſtincte non fuiſſet delata, & ſic ſucceſsio

nem non obtinuisset de iure, Quare uidetur ad dessensionem Iasonis dici posse, quod ubi ille tex. loquitur de successione, intelligit respectu bonorum filii, bona autē patris absq; iuris successione occupauerat, & propterea substitutus, etiam directo, non potest propria auctoritate accipere actualem possessionem, licet sibi restitutio, prout est iuris, non uideretur necessaria Cast. l. facta, in prin. infra. ad trebel. Soci. l. i. §. sed quotiens. nu. 5. eo. tit. sed non loquitur de possessione ut Socinus hic ostendit.

Tu dicas contra Castelioneum, quod quemadmodum quando decedit i pupillari ætate inquit tex. quod eos habet hæredes, quos pater sibi cōstituit, & hæreditatem adierint, & sic mater ibi non restituit, tamet si iam hæreditas per pupillam adita fuerit, idem dixisset quando decedit post ætatem pupillarem: Vtroq; enim casu hæreditas patris fuit adita per filiū, & tamē constituitur differētia, quod decedat in pupillari ætate, uel post; uno casu substitutus capit iure directo, alio capit à matre.

267 Non obstat dictio, uelut, † quoniam stat ueritatis expressiua, .l. quotiens C. de iure dot. Dec. in auth. si quis in aliquo nu. 18. C. de eden. Nec potest hic stare similitudinariē, quoniā ubi est fideicomissaria retinetur legitima, ac trebellianica, ubi uero est directa militaris omnia restituuntur, & nihil retinetur, ut de omnibus habetur per glo. & docto. d. l. precibus,

268 † ergo data aliqua dissimilitudine tollitur arg. à simili, glo. & doctor. l. creditori, de ope. no. nun. Afflic. decisi. 350. nu. xi. Alia dissimilitudo colligitur etiam respectu fructuum, ut uidebimus infra ult. oppo. huius secundæ partis &c.

Placet igitur mihi intellectus cōmunis, quod ibi sustineatur iure communi, cum fuerit facta per uerbum commune.

269 Præmitto, † militem hic fuisse testatū iure priuilegiato, ut patet ex uerbis (militis priuilegio) item quia aliter non ualeret substitutio cum facta fuerit uerbis directis .l. uerbis ciuilibus &c.

270 † In .l. uero, precibus, testatus fuit iure communi, patet, quia illud præsumitur alio non specificato, ubi actus potest iure communi subsistere, ut hic in prima parte, tex. in .l. in testamento, prima in .l. quāquam. C. de testam. mil. cum simil. ut hic per Ias. 3. notabili.

Secundo id suadetur, quia tex. requirit filium esse in potestate mortis tempore, ut in narratione facti, quod est repetitum in uers. nam non est in

271 certi iuris &c. † ideo ē credendum, quod cum misterio id sit, iuxta glo. in clem. i. in uerbo, diocesanis, de iure patron. Ias. l. si constante, nu. 83. 4. li matri. sol. mat. & in .l. admonēdi, col. 3. in prin. supra de iur. iur. Quæ patria potestas omnino esset superflua si iure militari testatus fuisset. l. miles ita hæredem §. exhæredato, infra de mil. testam. & supra uidimus in. 3. oppo. & glo. l. in testamento, prima, in uerbo, facere, & ibi Dec. nu. 14. C. de

272 testam. mil. † at benè patria potestas requiritur iure cōmuni. l. 2. in prin. supra eo. ergo &c.

Quibus apparet Glossam malè sensisse, quando dixit (maximè) uerum

e, quod saluari potest respectu uulgaris, non autem pupillaris, cuius gratia, uerba, (quod sit in patris potestate) fuerunt prolata &c.

Tertio idem suadetur ex uerbis (non usq; ad certam ætatem) quæ nō referuntur ad institutum, ut Plombinus præsupponebat, & ut habetur in hoc tex. sed referuntur ad substitutionem, quæ, ut ualeat iure communi, non debet fieri usq; ad certam ætatē, quia finita illa ætate, bona redirent ad uenientes ab intestato ipsius testatoris, & esset pro parte temporis testa
273 tus, & pro parte non, † quod non conceditur iure communi. l. ius nostrorum, de reg. iur. cum si. † sed tantū,
274 priuilegio militis. l. in fraudem. §. pen. l. miles ita hæredem, in prin. infra de mil. testam. l. certi iuris. C. de testam. mil. & propterea, cū in d. l. præcibus, substitutio facta fuerit simpliciter, non ad certam ætatem, arguitur militem iure communi testari uoluisse, alioquin uerba illa frustra ab Impe-
275 ratore ibi fuissent perpensa † ex quibus etiam constat glo. in. d. l. præcibus, malè egisse, dum suppleuit (maxime) allegando tex. nostrorum, qui in diuersis loquitur terminis, quando scilicet substitutio est conditionalis, facta, si institutus decesserit infra certam ætatem, ibi autem agitur de substitutione ad tempus. &c.
276 Secundo præmitto †, quod ubicunq; compēdiosa substitutio fit uerbis obliquis, omni tempore est obliqua, & sic etiam infra tempus pupillaris ætatis matrem nō excludit, ita Bar. inf.
277 2. q. principali. in prin. † & hoc etiā si fiat à milite, ut ibi, & infra per Ri-
278 pam. num. 68 † si uero fiat uerbis directis expirat pubertate. l. uerbis ciuilibus, & supra. l. proxima His sic præmissis, dico nō obstare. l. præcibus, quæ loquitur de testatore, qui licet esset miles, tamen uoluit iure communi testari, ut dixi.

Vnde cum tex. dixerit, substitutionem ualere iure directo infra tempus pupillaris ætatis postea uero ueluti ex iusta causa fideicomissi; apparet euidenter substitutionem factam fuisse uerbis cōmunibus, alioquin, si uerbis directis, pubertate euanuisset, si obliquis, nunquam ualuisset iure directo, ut in 2. præmisso, cū igitur tex. dixerit substitutionem esse quodam
279 modo mixtam, † oportet supponere cœtera habilia, quod scilicet fuerit facta uerbis communibus, l. qui testamento, in prin. supra de testam. l. si quando, in prin. C. de inoffi. testam.

Secundo loco Bar. opponit. d. l.
280 uerbis ciuilibus supra eo. soluit, † q hic in milite ex speciali priuilegio, ibi in pagano. Bar. d. l. uerbis ciuilibus, idem repetit, & supra uidimus in prima oppo. primæ partis: Quæ responsio secundum Bologne hic, nu. 44. licet conueniat uerbis utriusq; le
281 gis, tamen est imperfecta, † quia paganus post pubertatem, potest facere, ut substitutio ualeat iure fideic. c. Raynaldus, & c. Raynutius, de testa. & c. i. de testa. in. 6. Quā impugnationem puto nonesse probabilem, quoniā uerba non sunt directa, & ciuilia in. d. capitulis, sed uidentur esse communia, Nec nūc queritur de obliqua, sed quare sicut hic, ita ibi non ualeat iure directo: Vnde uidetur posse aliter impugnari sol. Bar. quod tex. etiā in milite loquitur. d. l. uerbis ciuilibus,

cum

282 cum generaliter loquatur† iux. l. in fraudem. §. fin. infra de mil. testamen. Nisi dicamus, quod immo. d. l. uerbis ciuilibus, non cōprehendit militem, cum is in eisdem terminis in specie reperiatur priuilegiatus, ut hic, secus si non reperiretur, tunc seruare-
283 tur regula. d. §. fin. † cum miles in dubio utatur iure communi. l. quamquam. C. de testam. mil. l. in testamento, la prima. C. eo. & Alexan. hic numero. 49. & ita in quibus non reperitur in specie priuilegiatus, a pagano non differt: Vnde dico aliter contra Bart. quod sensit etiam in. l. uerbis ciuilibus, substitutionem per paganum fuisse factum impuberi, ut hic, quod puto uerum, ut dicetur in quarta responsione.

Secundo tamen ad. l. uerbis ciuilibus, respondetur, quod loquitur de pupillari facta maiori tempore, hic uero de compendiosa; sed damnatur cōmuniter, quia ille tex. loquitur etiā de compendiosa, cum pupillaris nulla sit facta mentio, tunc esset pupillaris, ut in. l. in pupillari, quæ legem nostram præcedit.

Tertio respondetur, id ibi procedere duobus concurrentibus, q͡ compendiosa fuit facta a pagano, & uerbis ciuilibus; quæ in pagano habent hanc naturam, ut postquàm potuerunt ualere iure directo, non possint amplius obliquari, secus si nunquàm ualere potuissent; quia tunc obliquarentur. l. Sceuola. infra. ad Trebell. hic autem secundum Bolognet. necessario uerba non erant directa: Sed non placet etiam hic uerba non esse ciuilia, cum directo substituerit, & uidetur intelligendum simpliciter, & in omni casu, ac in potentiori significatu. Nec tex. noster fundatur in uerbis substitutionis, sed in militis priuilegio, ut in eo expresse dicitur.

284 Placet igitur mihi, † ut respondeatur ad. d. l. uerbis, ut per illos respondebatur, quos Alexand. ibi refert, sub num. xi. uers. mouentur isti, scilicet in d. l. uerbis ciuilibus, substitutionem fuisse factam puberi, hic uero impuberi, unde ista potest perseuerare, argumento. l. patre furioso, illa autem
285 non, † quia non entis nullæ sunt partes. l. eius, qui in prouinciam. §. quod si stipulatus. ff. si cert. petatur. Quod autem ibi substitutio facta fuerit puberi, non autem impuberi, probatur.

Primo quia diuinare est, quod fuerit facta impuberi, cum nullum uerbum ibi de hoc, & tunc in uim pupillaris ualuisset, & frustra quæreretur, an substitutus posset fieri cohæres, cum respectu temporis pupillaris non detur ratio, quod sit cohæres, cum possit esse substitutus; Nec post pupillarem, de substituto pupillariter possit fieri cohæres, quia fieret transitus ascendendo, quod non uidetur admittendum, ut supra in prima oppo. & sic tex. in. d. l. uerbis ciuilibus, idem disponit, quod postea fuit etiam repetitum in. §. fin. institu. de pupil. substi. Vnde ibi substitutus erat ille, qui petebat medietatem hæreditatis statim mortuo testatore, allegando, quod cum esset substitutus maiori. xiiii. annis, & non posset admitti tanquàm substitutus, quia uerbis ciuilibus substitutio erat facta, idcirco, ut aliquo modo actus sustinere
286 tur iuxta. l. 3. inf. de mil. test. debuit

L

admitti ut cohæres, cum uerba nō repugnarent, & ista fuit ratio dubitandi, ut ēt per Bar. in. l. hæreditas ex die, post mediū, uers. iuxta prædicta sup. tit. primo, ubi si testator unum instituerit in semisse usq; ad pascha, aliū uero post pascha in eodem semisse, ambo, reiecto tempore, sunt cohæredes, ut per eum.

Respondet. Papinianus ibi, uerum esse fundamentum substituti, dum dixit non ualere substitutionē, eumq; non posse admitti uti substitutum, sed quatenus uult admitti ut coharæs, licet uerba paterentur, cum
287 sint directa & ciuilia, † & substitutus dicatur etiam hæres. l. i. supra eo. l. mulieri. §. fi. infra de cond. insti. & uidimus in rub. tamen fundamentum substituti non est probabile, quoniam uoluntas testatoris repugnat, qui uoluit filium interim in uita sua habere totum, non autem partem, & propterea substitutum remanere ab eo exclusum. confert etiam. l. cum in test. in fi. principii supra tit. i. illic quia non in primum, sed in secundum
288 gradum substituitur. Nec obstat Bar. in. d. l. hæreditas ex die, quia reprobatur per Castrēs. in. l. certi iuris. prope fi. uersi. secundum dictum. C. de. testa. mil. per tex. in. d. l. uerbis ciuilibus, & etiam ibi ambo erant instituti, non unus institutus, & alius substitutus, ut in. d. l. uerbis ciuilibus.

Sed utrum saltem eueniente tempore substitutionis, debeat id consequi tanquam fideicommissarius, dico, quod non, quia tex. dixit, quod
289 sit frustra, † ergo prorsus sine fructu, quia frustra, de usur. l. frustra. C. 290 ne ux. pro mari. & est idem, ac si dictum fuisset, nullo modo, secundū Bar. in. l. pen. §. ad crimen, in fi. infra de publi. iudi. & hoc est argumentum, quo doctores principaliter mouentur in. d. l. uerbis ciuilibus. & in. l. precibus, C. eo. ut etiam refert Rimi. iuni. ibi numero. 337. & 343. Sed non uidetur tutum, & Bar. contra dixisse uidetur in. d. l. uerbis ciuilibus in uers. quero mater &c. ubi respondendo ad glo. dicentem, substitutionem pupillarem factam per matrem, nullo iure ualere, exponit, nullo iure, scilicet directo, Idem igitur, & dictione, frustra, cum importet nullo modo Bar. d. §. ad crimen, pro quibus conducit. l. in personam seruilem infra de reg. iur. ibi nulla, & tamen intelligitur de ciuili sola. Con
291 clusio tamen uera est, quia † substitutio non obliquatur nisi fiat impuberi, & ab initio non ualeat, secus si puberi, ut post doctores, quibus nititur, tradit Castrens. qui ait esse menti tenendum in. d. l. uerbis ciuilibus, colum. fin. uers. sentiunt etiam doct. supra eod. Quæ conclusio comprobatur, quia si ea substitutio posset descendere, & uti fideicommissaria sustineri, inepte fuisset quæsitum, an substitutus posset fieri cohæres, sed id querebatur in subsidium, & Papinianus dixisset esse satis illum posse per obliquum succedere, absque eo, quod allegaret illam rationem, quod filius institutus interim non haberet totum. Cogita.

Tertio oppono de. l. Sceuola infra ad trebel. ubi substitutio iure directo facta obliquatur.

Soluit Bar. dupplicíter, Primo quod
292 ibi substitutio fuit facta in codicillis, & cũ nõ potuerit ualere iure directo fuit decens, ut obliquaretur, in casu, autem nostro iure directo ualere, potest.

Nõ uidetur bona solutio, quia utroq; casu subest impedimẽtũ, in uno codicillorũ, in alio uero pubertatis.

Secunda Solutio Bar. est, quod ibi codicillos fecit paganus, hic autẽ
293 miles fuit testatus, † qui etiam si fecisset codicilos, adhuc iure directo potuisset substituere. l. militis codicillis, in prin. de mil. testam. l. querebatur, §. fi. eo. tit.

Sed aduertẽ in primis, quia licet ista oppositio sit recepta, non tamen uidetur conferre in proposito, ubi in 2. parte tex. nostri, agitur de substitutione, quæ ualet iure directo, etiam si institutus decedat post pupillarem ætatem, ibi uero agitur de substitu-
294 tione expressa uulgari, † prout uidetur innuere uerbum (substituo) c. si pater, de testam. in 6. l. iam hoc iure, supra. eo. Bar. d. l. Gallus §. i. supra de lib. & posthu. quæ continet tacitam pupillarem, uel saltem solum agitur de pupillari expressa, quæ ex benigna interpretatione obliquatur, & sustinetur dummodo uita decedat in ætate pupillari, hæc igitur oppositio magis congrueret in prima parte tex. quàm in ultima.

Secũdo aduertẽ ad primam solu. Bar. ꝙ ibi substitutio ualere non potuit iure directo, qa fuit facta in codicillis, merito ex benignitate, fuit obliquata, hic aũt potuit ualere iure directo, ea pp non fuit obliquata, Sed caue, quia Bart. nõ ostẽdit rationẽ in hac pri. solutionẽ, cur hic possit ualere iure directo, max. post pubertatẽ, & si diceretur prout fecit Bar. ꝙ hic facta fuit in testamẽto, nõ uideretur id carere diuinatione, cũ tex. laquatur sĩpliciter; nisi dicatur, ꝙ cũ tex. dixerit in pri. parte, substitutionẽ sustineri iure cõmuni, apparet illã fuisse in testamẽto factã, cũ eo iure directa in codicilis fieri nõ possit; Alterã tamẽ Bar. affert solutionẽ, uẽpẽ, ibi paganũ hic uero militẽ substituisset directo,
295 † qui miles ẽt ĩ codicillis substituere ualet directo. d. l. militis codicillis, & l. quærebatur, de mil. testa. Sed attẽdẽ † qa hæc solutio nõ uidetur uera, ex
296 eo, ꝙ duo priuilegia, & sic duæ specialitates cõcurrerẽt circa idẽ, una, qa
297 in codicillis directo substitueret † cõtra §. pen. & fi. Insti. de codicil. altera
298 quoniã maiori xiiii. ann. † cõtra §. fi.
299 insti. de pupil. † & ad. l. militis codicillis, ac. l. querebatur §. fi. posset respõderi, ibi unũ tãtũ priuilegiũ cõcedi militi, ut, scilicet, ĩ codicillis instituat hæredẽ, cõtra. d. §. fin. quæ hæredis institutio nõ reperitur restricta, & limitata ad aliqđ tẽpus, ut fuit substitutio
300 directa. d. §. fi. & d. l. uerbis ciuilibus † unde posset ẽt aliter respõderi ad. d. l. Sceuola, quippẽ ibi illud ẽẽ, quoniã p uerbũ cõmune (substituo) fuit facta, sicuti ĩtellexit Iac. de Arena, hic autẽ uerbis directis. Nec ob. dũ Bar. ĩ. d. l. Sceuola, dicebat, ꝙ substitutio stricto iure ualuisset, nõ ex benigna ĩterpreta tione, qđ idẽ dixit in. d. l. uerbis ciuilibus & in. d. l. Lucius, col. fi. infra eo. & Alber. in Rub. supra eo. nu. 57. uers.
301 itẽ hoc ẽ cõtra &c. qa respondeo † quod rigor continet subtilitatem uerborum, ac etiam benignitatem

& ille tex. loquitur de benignitate rigoris, quia dicitur, ex benigna interpretatione, quæ est, ut potius accipiatur tāquam obliqua, ut ualeat, quam ut directa, quæ sit inutilis, quod non esset de stricto iure, quo esset substitu-
302 tio uulgaris directa, † quam importat uerbum (substituo) ubicunq; simpliciter profertur absq; adiuncto, quod significet tractum temporis. Bar. inf. q. 4. principali, & pro hoc sensu, adduco primo Bar. l. ex hac scriptura, col. 2. infra de dona. quem refert & sequitur Rui. l. cum filiofa. col. 5. uers. non
303 ob. l. si fuerit. infra. de leg. primo † ubi uerba (benigna interpretatione) accipiuntur pro mitiori interpretatione,
304 † quæ seruatur in materia testamenti c. cum dilecti, ad fi. extra de donatio. l. in testamentis, de reg. iur. non autem, quod illud sit de æquitate, & rigor sit in oppositum.

Secundo hanc sententiam contra Bar. & alios, confirmo, nam si illa benignitas non esset rigor, æquitas esset, igitur idem esset, ac si diceretur. l. 2. C. de codicil. cum simil. correctam extitisse per. d. l. Sceuolam, † cum id importet illud dictum, l. cotem. §. si. ubi glo. infra de publica glo. in uerbo. locum, in fi. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in fraud. cred. Bart. d. l. ex hac scriptura, ubi oponit de . l. ex facto, de hæredi. insti. idem Bar. l. 2. §. prius, in prin. supra eo. Alber. l. qui Romæ. §. duo fratres, col. 7. in prin. infra de uerb. ob. Dec. l. in omnibus
306 quidem. nu. 4. de reg. iure †. Sed correctio non præsumitur. l. præcipimus, in fi. C. de appella. max. cum. l. Sceuola, sit prior, quæ posteriores corrigere non potuit.

307 Tertio † considero. d. l. 2. C. de codicil. quod uerbis directis hæreditas nō potest dari, sed obliquis, iura non faciunt irrita uoluntates; quæ uerba non faciunt irrita uoluntates &c. sonant id procedere de benignitate, quæ si obseruatur ubi uerba sunt obliqua, secus est ubi sunt directa.

Quarto si uerbum (substituit) profertur simpliciter, & intelligeretur de directa uerbis directis, frustra dictum fuisset, directo substituit, in tex. nostro.

Quinto hoc clare ostendo, quia si uerba ibi fuissent directa, clare cōsta-
308 ret, † & non seruaretur benignitas cōtra uoluntatem substituentis. l. i. infra
309 de iure codicillis. enim censetur uoluisse, quod uerba sua clara importāt. l. labeo, §. idem Tubero, de suppel. le-
310 ga. † & perspicue id constat in. l. uerbis ciuilibus, ubi non recuritur ad benignitatem, quia testatoris uoluntas erat in contrarium, ut ibi dicitur; & probatur. l. non codicillum. C. de te-
311 stam. ubi et Alex. † sed cōfugitur ad benignitatem pro conseruatione uolūtatis. l. benignius. supra de legibus, l. seruum filii. §. eum qui chirographum, de leg. i. cum si. Dicamus: ergo, quod loquitur de illa benignitate, quæ non repugnabat uoluntati ergo uerba non erant directa, sed cōmunia, quæ, cum uiderentur ambigua, fuerūt interpretata in benignio-
312 rē partem iuxta. l. quotiens, de reb. dub. cum concordant.

Tertio Bar. opponit, dum in tex. dicitur fructus fore restituendos, qui tēpore mortis in hæreditate reperiuntur &c. de. l. Iubemus. C. ad
313 Trebel. † ubi fructus non restituuntur, qui medio tempore pcipiuntur,

Soluit Bar. id procedere in resti tutione, quæ fit uigore fideicōmissi, & sic obliquæ substitutionis, hic au tem directæ militaris, idem Bar. cō cludit i. d. l. precibus, col. 2. an. uers. sumus expediti, & in. l. in testam. pri. col. fi. C. de testam. mil.

Prima est conclusio ex dictis Bar. quod ex obliqua substitutione fructus medio tempore percepti non re stituuntur, de qua re uidete tex. & doct. l. in fideicomissariam, infra ad trebel. in. l. balista, eo. tit. in. d. l. iubemus, in. l. nec interest, de fideic. hære di. peti. & Soci. tracta. fallenti. regula 2 1 6. incip. hæres de restituenda hære

314 ditate &c. Ratio est † quia grauatus per fideicōmissum interim est domi nus. l. domios, ubi etiam doct. de leg.

315 i. † ad quem dominum fructus per tinent. l. i. 2. C. de pig. actio. c. i. 2. & c. cōquestus, de usur. scripsi in cōs. 1 3 1. nu. 1 4. & alibi.

316 Secunda est conclusio † quod ex di recta militari fructus restituūtur, qui in hæreditate patris inueniuntur tē pore mortis filii, & hic fuit intellectus Dy. ad hunc tex. sequuntur Bar. Bal. Imol. Areti. Soci. & Rip. hic, Bal. Angel. Sali. & Curti. iuni. d. l. preci bus. & est communis secundum Are ti. hic.

317 Primo † quia in dubio est capiendus ille sensus, qui habet dubitationem, iuxta. l. quod Labeo, de carbo. ædic. sed intelligendo de fructibus repertis in hæreditate patris tēpore eius mor

318 tis res non habet dubitationē, † cū etiam fideicomissario sint restituen

319 di, glo. l. quod his uerbis, de leg. 3. † tum etiam, quia relicti per testatorē in hæreditate, dicuntur res hæreditariæ, superuenientes uero post mortē testatoris, & ante hæreditatis aditionem, augent hæreditatem. l. item ueniunt §. item non solum, in prin. de peti. hæredi.

Ias. respondebat, quod dubium fa

320 ciebat militis priuilegium, † quod stricte ad fauorem instituti uidebatur interpretandum, . l. impuberi, de admin. tuto. Deciditur tamen oppositum, quoniam tales fructus tanquā res hæreditariæ augent ipsam hæreditatem. At secundum Rip. hæc ratio decidendi illa est, quæ facit nullum probabile subesse dubium, Nec ratio . l. impuberi, uidebatur posse adaptari ad fructus, qui erant in hæreditate tempore obitus testatoris, cū sint hæreditarii, & de hæreditate, licet percepti hæreditate iacente, augeant, ut supra.

321 Ego dico pro Iasone † satis esse, quod ratio dubitandi sit collocata glo. l. eunuchis. C. qui testam. fa. poss. unde licet fructus augeant, augent tamen

322 tanquam additamentum, † de quo, in materia priuilegii stricta, idem nō uidebatur, quod de re principali, quemadmodum nec idem uidebatur de usufructu, qui accrescit proprietati in. l. si conuenerit §. si nuda, supra de pigno. actio. & de augmento legati. l. si ex toto, in prin. de leg. i. & de additamento dotis in. l. etiam. C. de iure dotis. Verum quia hæc consideratio nō conuenit nisi fructibus, qui auxerunt, non autem in hæreditate tempore mortis testatoris inuenti fuerunt, idcirco aliter respondeo ad arg. dum dicitur, quod lex debet esse de dubi

323 tabili, † nam id est intelligendum respectu decisionis principalis, iuxta tra

dita per Dec.l.illam nu.8.C. de colla tio. facit.l. si quis nec causam,&.l. rogasti.ff.si cert. pet. principaliter autē in tex.nostro in 2 parte deciditur,an substitutio sustineatur iure directo,& istud,est quod carere non debuit du-
324 bitatione. † facit id,quod de stat.dicitur, ut ultra ius commune debeat aliquid operari, nam intelligitur in principali decisione, quia in reliquis secundum ius commune interpretatur.l.2.ubi glo.& docto.C.de noxal. l.fi.§. in computatione.C. de iure delib. Dec. post Ias.l.nemo.nu.6.C.qui testam. fa. pos. & dixi in cons. 137. num. 19.

Secundo pro communi Areti.hic ponderabat tex.nostrum,nam si intelligeretur de fructibus repertis in hæreditate testatoris tempore mortis suæ,frustra de fructibus in tex.nostro fuisset facta mentio, & satis fuisset dicere restituat bona patris d. §. item non solum.

Respōdebat Dec.l.si testamēto,col. antepen. uers. alia ratione. C. de te-
325 stam. mil. † quod licet augeant hæreditatem,ueniunt tamen appell. fructuum,d.l.item ueniūt.§. fructus,ideo ad submouendum hoc dubium, subiunxit,cum fructibus.& ita etiā prius Soci. hic responderat, cuius Dec. mentionem non facit. Replicat Ripa assumptum Decii non probari,
326 quod ueniant appell. fructuum,† & illum tex. in §. fructus, loqui de fructibus per hæredem perceptis,& licet isti existētes in hæreditate antequam sit adita, possint appellari fructus, ut uoluit glo.in d.l.quod his uerbis, de leg.3. tamen dicuntur bona testatoris, & in effectu hæc etiam fuit replicatio Soci.hic in ult. notabili.

Ego dico,quod si concedatur appellari fructus,non obstante,quod et dicantur bona testatoris, dubiū esse potuit, cur non dicantur bona testatoris simpliciter, sed etiam dicantur fructus,& sic sunt bona, quæ habent etiam aliud nomē, ideo bonorum appellatiōe in hac mater priuilegii stricta,non uidebantur comprehensa.l.signi.§. offilius, & .l. hoc legatum, de leg. 3.

Tertio pro cōmuni mouebatur Lāfranc. de oriano, † quoniam fructus non præsumuntur durare ultra triēnium glo.l.i.C.si aduer.usucap. ergo uidetur impossibile,quod tex. loquatur de fructibus repertis tēpore mortis patris,quia eo modo filius moreretur antē triennium, & ut per eum.
328 Respondet Rip.& bene, † quod tenebitur ad fructuum pretium,.l. mulier §. sed etenim,infra ad trebel.

Quarto mouebatur Soci. hic pariter ponderando hunc tex. in uerbo (inuentis) ergo à contrario sensu nō restituuntur consumpti,qui restituerentur si ageretur de existentibus tēpore mortis testatoris, quia ex illis, consumpti impuntantur in quartam,
329 † iuxta not.l. Marcellus §. res quæ, ad treb.

Respondeo si erant consumpti tēpore mortis testatoris, non est opus dicere,quod imputentur, si enim intelligatur secundum Angel. de inuētis in hæreditate tempore mortis testatoris, oportet pariter intelligere de consumptis tempore mortis testatoris,quo stante arg. nihil ualet,quia non est intelligendū de cōsumptis tēpore restitutionis hæreditatis,sed de

consumptis tẽpore inuentionis, quod est mortis testatoris, non instituti.

Quinto loco Curti. iuni. in. l. precibus nu. 75. utebatur ratione, quoniam licet sub militari non comprehendantur bona hæredis ne fiat preiudicium tertio, debent tamen comprehendi fructus per hæredem percepti ex bonis testatoris. Sed ego ne
330 go † bona fuisse testatoris tempore perceptionis. l. sed si plures. §. filio, supra eo. l. domos, de leg. i.

Sexto Rip. mouebatur, quia uerbum, capiet (ad quod etiam refertur, quod dicitur de fructibus) habet relationem ad uers. post eã ætatẽ, ergo tex. debet intelligi de fructibus inuẽtis in hæreditate post eam ætatem, &
331 consequenter tẽpore mortis filii, † quoniam illa qualitas temporis oĩa determinat, quæ regũtur ab illo uerbo principali, Bar. l. i. §. eritq; differẽtia. ff. ui bon. rap. & Maria. hic inquit hoc arg. esse suum sibi surreptum dũ Pisis hanc legem publicè interpretaretur.

Sed potest responderi, quòd illa qualitas, post eam ætatem, non determinant uerbum, capiet, sed refertur ad subintellectum uerbum, decesserit, ut etiam Bar. subintelligit uerbũ, capiat infra. q. 2. prin. uers. sed quid si testator, & in proposito est sensus, si filius institutus decesserit infra. xiiii. annos, substitutus iure communi capiet etiam bona propria filii, post eam autem ætatẽ si decesserit, ex priuilegio militis capiet bona patris duntaxat, unà cum fructibus repertis in hæreditate, quo autem tempore, hoc non determinat tex. unde qualitas illa (post eam autem ætatem) solum determinat uerbum, decesserit, iuxtà tradita per Bar. l. ex facto 2. oppo. uers. 3. casu, infra eo.

Vltimo mouebatur Maria. quia fructus capiuntur ex priuilegio, ergo extantes tempore mortis filii, quia inuenti tempore mortis patris sine priuilegio restituendi sunt; Sed respõde, quòd uerba, ex priuilegio, referuntur ad ualiditatem substitutionis, & quòd sit directa etiam post xiiii. annum, ut supra.

Contrariã sententiam tenet Ang. hic sibi parum constans, sequuntur Cast. Alex. Ias & Claud. Fulgo. Castren. Roma. & Dec. d. l. in testamẽto, Castrens. d. l. precibus, col. pen. nu. 20. uers. addit Bar. aliam &c.

332 Primo † quoniam hæres non debet esse deterioris conditionis ubi substitutio est directa, quàm obliqua, sed ubi est obliqua non tenetur ad hos fructus, ergo &c.

Respondetur, quòd immo hæres in directa, & eius respectu est deterioris conditionis, primo quia amittit le
333 gitimam, † quam hæres militis non retinet, & hoc saltem tempore huius l. quicquid sit hodie p. §. aliud quoq; capitulũ, auth. ut cũ de appel. cogn.

Secundo quia secundum Ripam amittit iura directa, & desinit esse hæres, quod maximæ importantiæ est.

Tertio quia non retinet trebellianicam.

Quarto amittit iura sepulcrorũ.

Sed ad omnia posset replicari, quòd si in illis casibus est deterioris conditionis nõ sequitur, quòd etiam in hoc casu debeat esse, immo est di
334 cendum oppositum † per regulam. l. eum qui, de iure iur. l. secundum

naturam.ff.de reg. iur. &c.
Mouebatur Dec.in.d.l.in testamē
335 to, col. antepen. † quoniam in du-
bio uerba potius ad testatorē,quàm
ad hæredem sunt referenda.l.cum te
stamento, ubi Bar. ff. de aur. & arg.
lega.unde cum in tex. fiat mentio de
hæreditate, debet intelligi de hæredi
tate testatoris non autem hæredis ,
pro quo facit,quod ait Bar.in.l.si co
336 gnatis,col.fi.de reb. dub.† de lega-
to eis relicto, qui sunt de cognatio-
ne, est enim intelligendū de cogna-
337 tione testatoris,† sicuti etiam inspi-
citur magis eius conditio,quàm hæ
redis Alex.l.ex facto §. si quis roga-
tus, col. 3. infra ad trebel. Dicebant
aliqui,illud procedere in uerbis testa
toris, secus in uerbis legis, quod di-
ctum improbat Rip. per tex.l. filius
fa.§. Diui, in uerbo creditoribus, de
leg. i.

Breuiter, si queratur de qua hære
ditate tex. loquatur arg. Decii pro-
cedit,quia intelligitur de hæreditate
testatoris,sed hoc nihil facit,minusq;
in hoc dubium consistit, quia clarū
est non intelligi de hæreditate filii in
stituti,cum necessarium esset includi
etiam propria bona filii,quod expres
sè negatur in tex. solum igitur dubi
tatur de tempore,quo scilicet tempo
re fructus isti in hæreditate testato-
ris reperiantur,& cum de hoc in tex.
nullum sit uerbum,quo fieri possit in
terpretatio magis ad testatorē,quàm
338 ad hæredem, cessat arg. † quòd di-
gnum non fuit tanto uiro,ut hic per
Maria.sub.nu.68.uers.quinto contra
Bar. &c. Cessat pariter quod inquit
Alcia.hic per tex.l.deducta §. fi.infra
339 ad trebel. quia loquitur in fideicō
missaria substitut. in qua facta est in
terpretatio uoluntatis testatoris , quod
fructus non ueniant eius iudicio per
cepti.d.l.in fideicōmissariam,nos su-
mus in directa militari,in qua hæres
uidetur deterioris conditionis,ut cō
stat ex supradictis.

Tertia igitur fuit opinio Mariani,
quòd tex. noster loquatur de fructi
bus perceptis post testatoris mortē
antè hæreditatis aditionem;Sed uerè
iste casus comprehenditur sub opi-
nione Angeli , nam solum excludit
perceptos per hæredem,ut etiam de
perceptis loquitur Bar. supra prima
340 oppo.2.partis,† & idem iudicatur
de istis,quod de repertis in hæredita
te tempore mortis testatoris glo.l.
quod his uerbis , de leg. 3. sequitur
Rip.d.l.in fideicōmissariam, nu. 3.9.
ubi etiam Castrens.col.i.uers.item ha
bet locū regula.infra ad trebel. Alcia.
hic, in uerbo, cum fructibus, utroq;
enim casu dicuntur hæreditarii , ut
per eos .

Quarta & ultima fuit intelligen-
tia Bologneti hic,nu.78. quòd intel-
ligatur de fructibus inuentis in hære
ditate, perceptis à die mortis graua
ti usq; ad diem,quo substitutus capit
hæreditatem, tunc desinit esse hæres,
& hæreditas uaccat,& de nouo dici-
tur testatoris. Quid igitur dicēdum?
uerior uidebatur sententia commu-
nis,nam sicut hæres desinit esse hæres
ipsius hæreditatis, cuius erat Domi-
341 nus,† consequens est,ut idem sit de
accessoriis,& sic de fructibus,iuxtà.l.
etiam.C.de iure dot. regulam,acces-
sorium,de regul.iur.in.6.
Verius tamen puto contrarium,
& sic sentio contra communem,

Primo

342 Primo, †quoniam fructus isti post morte testatoris percepti nunquam fuerunt testatoris, sed hæredis. l. postu lante. §. i. l. in fideicommissariam, ubi
343 Bar. inf. ad Treb. igitur †in ipsis non sibi locum uendicat militis priuilegium. l. impuberi, de admin. tut. l. cum filiusfa. de mil. testam.

Confirmatur secundo per tex. l. milites et in his, &. l. miles ita hæredem. §. ex
344 hæredato, inf. de mil. testam. †ubi miles potest substituere in his duntaxat, quæ ad ipsũ, cui substituit, peruenerint, non autem in his, quæ filius habuerit, uel postea acquisierit, & hoc idem tradidit Claris. Leoni. d. tract. substi. titu. de compendiosa. num. 96. sed fructus sunt huiusmodi ergo &c.

Nec obstat si dicatur, ut per Soci. supra in ult. notab. & Maria. num. 68. quod saltem mediate fructus a testa
345 tore proueniunt, †nam in hac materia inspicitur causa immediata, non mediata, ut probatur. d. l. deducta. §.
346 fi. ad Treb. †ubi rogatus restituere, quod ex hæreditate superfuisset, non tenetur restituere fructus superfluos, quos immediate non habuit, & de hoc argumento uidete Areti. hic, qui postea respondet, sed non bene, ut cõstat. d. §. fin.

347 Tertio moueor, & præmitto, †participium tẽporis præteriti perfecti resolui in uerbum de præterito Rip. l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 65. de uerb. ob. ubi uerba (lectis uerbis test.) intelligit, q̃ retro, & de p̃terito p̃ iter uallũ fuerint lecta, quia participium p̃teriti tp̃is resoluitur in uerbum de p̃terito, ut per eũ, confert tex. in. c. auditis, & intellectis, extra de electio. cũ igitur in tex. nostro dicatur, cũ fructibus inuentis, est idẽ, ac si dixisset, qui fuerunt inuenti in hæreditate, & sic retro, non aũt de p̃senti, quia si de p̃senti, tunc dixisset, existẽtib. & loquutus fuisset per participiũ p̃sentis tp̃is, iux. tex. in. l. si insulam, in uerbo, faciente, de uerb. ob. ubi etiam docto.

Quarto perpendo uerbum, hæreditate, de quo in tex, dum dixit inuentis in hæreditate, & haud dubie intelligitur de hæreditate testatoris, ut p Dec. in d. l. in testamento, col. antepe. C. de testa. mil. igitur debemus intelligere de tempore quo uere, & pro
348 prie erat hæreditas, †ante scilicet eius aditionem, glo. l. i. §. ueteres. infr. de acq. poss. & istud est, quod sentit tex. noster, dũ diuisim loquitur de bonis, & hæreditate, quando. n. loquitur prout nunc, appellat bona, quia uere nõ est hæreditas, sed quãdo loquitur prout tunc, appellat hæreditatẽ, intelligendo igitur de inuentis in uera, & propria hæreditate, res est perspicua.

Quinto, moueor auctoritate Glossæ
349 Rub. sup. eo. ad finẽ, ubi ait †compendiosam, q̃ sit a milite habere naturam pupillaris, & fideic. si hẽt eius naturã, ergo in his, in quib. non reperitur oppositum in iure specificatum, idẽ seruatur in directa militari, quod in fi
350 deicom. †cum miles regulariter utatur iure cõi, fallit in his, in quib. est dispensatus, & priuilegiatus. Bar. l. ne que. col. i. circa med. infr. de mil. test. Docto. l. quanquam. C. eo. sed in fidei com. & iure cõi non restituuntur fructus a grauato percepti, ergo &c.

351 Postremo †nam idem ius est de accessoriis, quod de prin. c. accesso
352 rium, de reg. iur. in 6. † Sed in bonis hæreditariis nõ restituuntur nisi quæ

M

fuerant defuncti,ut hic,& l. Neratius supra de peti. hæredi. ergo nec fructus, qui accessorii sunt,iuxta notata in l.i.C.de condi.indeb.

Non obstat,quòd hæres desinat directo esse hæres rerum principalium ergo idem uidebatur de his fructib. ab ipso hærede perceptis, tanquam
353 accessoriis &c. † quia ego respondeo in eos militare diuersam rationem, ideo corruere argumentum, Bar.l.si ita stipulatus.xii.oppo.de uerbo.ob.Alex.cons.4.num.5.uers.aliud autem est.lib.i.& Dec.in regula,cum principalis,sub nume.2. de regu. iur. Vnde cum fructus hæres perceperit, & ex rebus tunc factis suis, meritò debet eos retinere, secus in fructibus uel aliis accessoriis immediatè unà cum principalibus habitis,&receptis si quæ habuisset, quia tūc procederet argumentum.

Seruando ordinē Bar.quæro quid sit compendiosa,& respondeo secun-
354 dum illum,†quòd est, quæ sub conditione mortis, uel alia multa complectitur tempora;quod dixit de cōditione mortis probatur hic, & in.l. precibus,& dum dixit,uel alia,potest esse exemplum si tale quid fecerit, ut inquit ipse,uel si quid erit, puta si Titius quandocunque uenerit; & quod dixit,plura tempora complectitur, ideo dixit, quoniam continet tempus pubertatis,pupillaris ætatis, uel aliud tempus; & hæc compendiosa secundum Bar.uel fit tempore limitato,ut hic,uel quādocunq;,ut in d.l. precib.

Prima sit conclusio,quæ uersatur circa definitionem,quòd scilicet cōpendiosa illa est, quæ fit sub conditione mortis,uel alia, & plura tempora cōplectitur. Contra hanc definitionem uidetur obstare,quia etiam pupillaris continet multa tempora,nempè ante aditionem,& post,infra ætatem pupillarem &c.

355 Soluit Ripa,& præmittit†tempora multa illa esse,quæ constituunt multas species diuersarum substitutionū, Bar.l.inficiando.§.infans, de furt. & probatur in.d.l.precibus,dum loquitur de expressa,uel compendiosa,non usque ad certam ætatem, pupillarem scilicet,ut ibi per glo.

356 His præmissis respondet† quòd pupillaris non continet plura tempora uariantia,& licet contineat uulgarē, & sic etiam tempus ante aditam, id tamen,secundum ipsum, non continetur ex compēdio uerborum,sed legis interpretatione. Aduertè quia istud procedere pōt in pupillari sub forma, (si hæres erit,& in pupillari ætate decesserit) sed si diceret(si decesserit in pupillari ætate) tunc uerborum compēdio uniformiter includitur uulgaris,& pupillaris,& uidetur cōpendiosa,ut distinxit Bald.d.l precib.col.xi. uers.unum ēt aduertè; & idem si diceret (filio meo pupillo substituo) ut hic per Alcia.nu.17.uers. quæ sententia dubia est &c.Nec credas Baldum sensisse,quòd prima sola sit pupillaris, quia absurdum sensisset,cum uerba (si
357 hæres erit)nō sint de substantia,†cū etiam exhæredato fieri possit.§.non solum, insti,de pupil. sed unam sensit esse tantū̄m pupillarem,alteram uerò etiam compendiosam, quibus multa remouentur, dum pleriq; conantur ostendere illam(si pupillus decesserit in pupillari ætate)esse pupillarem, quā hoc non negatur,& in hoc stat oppo

ſitio, quaſi compẽdioſæ definitio nõ conuertatur, cum detur pupillaris, quæ plura quoq; tẽpora complecti-tur, & hoc ſẽſit etiã Soci. iuni. hic. ſub. nu. 173. uerſ. nec tunc obſtat. &c.

Soluit. 2. loco Ripa, quo'd repudiatio, uel aditio sũt, quæ in pupillari uariant ſubſtitutiones, non autem ſola tẽpora, ut in definitione requiritur.

358 Non placet hæc ſol. † cum quis ex uulgari poſſit admitti non ſolũ quia inſtitutus repudiet, ſed quoniam deceſſerit, & ſic hæres eſſe non potuerit .l. 3. C. de hæredi. inſti. tunc ſubſtitutiones uariãtur ex ſolis temporibus, & tum eſt uulgaris, uel pupillaris expreſſa. Præterea nec ſub compendioſa contineretur uulgaris, & ſic tempus antẽ aditam, cum tunc ſubſtitutio uarietur ex repudiatione, uel aditione, quod eſt falſum, ut infra. & tradunt Alex. & cœteri. l. precibus, nu. 12. C. eo.

Areti. Iaſ. & Rip. dicebant dictum Baldi eſſe falſum, quoniam oportet,

359 † ut compendioſa contineat uerba tracti tẽporis inturi, ut ait Bar. infra ch. pen. uerſ. 2. oppo. Sed nihil eſt, quia ea uerba non continetur in hac definitione, licet id ſit uerum in ſe, uel etiam uerba (ſi deceſſerit) relata ad pupillum uirtualiter important tractũ temporis.

Vera igitur ſolutio eſt, quo'd licet ſit pupillaris in ſpecie, eſt tamen etiã

360 compendioſa in genere, † quod nomen generis non conſideratur in ea, quæ habet etiam nomen proprium, arg. l. 2. ſupra de adop. Soci. l. 1. ſecunda lect. ſupra. eo. patet in emptione, &

361 uenditione, † quæ licet ſit permutatio non tamen utitur nomine permutationis, quod eſt generale, glo. Rub. C. de rerum permuta. quia habet elegans nomẽn ſpeciale, iuxta l. iuriſgen

362 tium. ſupra de pact. Vel dicas † quod quatenus dicitur compendioſam cõtinere multa tempora, ſubaudi non aſſignata coeteris ſubſtitutionibus, ut ſenſit imperator. d. l. præcibus, uerſ. ſi uero ſubſtit. ibi, compendioſa non uſq; ad certam ætatẽ &c. iuncta glo. quæ exprimit pupillarem, & hoc Bar. ſenſit, quatenus exponẽdo uerba (multa complectitur tempora) inquit, intellige pubertatis, puppillaris ætatis, uel aliud, quaſi ſẽtiat pubertatis omnino requiri, patet dum illius prius mẽtionem fecit arg. l. quotiens, ſupra de uſuf. cum ſi. quibus excluditur pupillaris, quæ non includit tempus pubertatis, & ita multa tempora accipiuntur in potentiori ſignificatu, pro omnibus temporibus, cum etiam tempus pubertatis Bartolus includere uoluerit.

363 Secũdo definitioni uidetur obſtar . † nam etiam reciproca ſubſt. continet plura tẽpora ſubſtitutiones uariãtia. Quidã admittunt, quo'd illa etiam dicatur compendioſa, quæ tamen etiã dicitur reciproca.

364 Ripa contradixit, † quia hæc ſunt nomina magiſtralia, & induceretur confuſio, & glo. Rub. ſupra diſtinctẽ loquitur de reciproca, & de compendioſa, ideo ipſe conſtituit differentiã quo'd Reciproca ſub compedio perſonarum principaliter, ac etiam temporum, continet plures ſubſtitutiones, compẽdioſa autem eas continet duntaxat ſub compendio pluriũ tẽporũ, adde Alber. ſup. in. Rub. nu. 88. de quo Rip. hic nullã facit mẽtionẽ

Sed aduerte, quia uerum non eſt,
quod perſonæ faciãt uarietatem ſub
ſtitutionum, ſed ſunt tempora etiam
in reciproca, quæ benè recepit nomẽ
à uarietate perſonarum, & geminatio
365 ne, quam continet, † & etiam in com
pendioſa poteſt ſubeſſe pluralitas per
ſonarum, ut ſi filio pupillo ſubſtitue-
ret quoſcunq; ſuos hæredes juxta .l.
hoc articulo, ſupra tit. primo, item ſi
pluribus inſtitutis quandocunq; de-
cedentibus ſubſtituat quemquam.

Reſponſio igitur uidebatur pro-
babilis, quòd ſi reciproca ſit facta cũ
uerbo tractus temporis res ſit clara,
quòd eſt compendioſa reciproca, &
geminata: ex utraq; parte eſt com
pendioſa, ſed quia diuerſis, dicitur re-
366 ciprocat †. Si uero ſine tractu tempo
ris perſonis imparibus, erit ſolum uul
garis. l. iam hoc iure, infra hoc tit. no
367 ſtro, † Idem ſi majoribus, & facta ſit
per uerbum, ſubſtituo, d. l. iam hoc iu
368 re. Bar. l. Lucius, col. fi. infra. eo. † ſi
impuberibus adhuc idem, quia uide-
tur uulgaris ex uerbis, & pupillaris
iuris interpretatione, non uerborum
ſignificatione, ut hic per Soci. iuni.
ſub. num. 174, uerſ. ſecũdo uero caſu.
Sed aduerte quia hoc nõ eſt uerum,
† nam etiam pupillaris dicitur expreſ
369 ſa uerbis generalibus Alex. latè. l.
Gallus §. i. ſub. num. 6. uerſ. prædictis
adde, de lib. & poſthu. Caſtrens. l. in
teſtam. prima, nu. 4. ad fi, C, de teſtam.
mil. in. l. fi. num. 2. ad fi. C. de hæredi.
inſti. & in. d. l. iam hoc iure. §. i. ſub. nu.
370 5. Dicas igitur ut ſup, † eſſe neceſſa
rium, ut etiam pubertatis tempus cõ
tineri poſſit, quod etiam uidetur de
mente Bartoli. d. l. Lucius, col. fi. uerſ.
non obſtat quod diximus in materia
compendioſæ. &c.

Tertio opponitur de eo, quòd in-
quit glo. magna, in fi. l. precibus. C.
371 eo. † ubi concludit, ſi teſtator ſubſti
tuerit filium ſi in pupillari ætate de-
ceſſerit, uel alias quandocunq; non eſ
ſe compendioſam, ſed duas eſſe diſtin
ctas ſubſtitutiones.

Soluit Ripa, quòd tunc ſub com-
pendio uerborum non continentur
plura tempora, ſed diſtinctè.

Adde. l. ſtichũ. §. ſtipulatio infra.
de uerb. oblig & . l. quod dicitur, la
prima eo tit. Videbimus infra una
cum Bar, & interim aduertè, quia ſi
uera eſt ſententia Bal. d. l. precibus
col. xi. uerſ. unus etiã aduerte, pariter
iſta eſt compendioſa, cum dixerit, ſi
deceſſerit in pupillari ætate, uidetur
incluſa uulgaris, & pupillaris, ſed glo.
d. l. precibus, ſentit contra Bal. tu di-
cas, ut ſupra.

Quarto etiam contra definitionẽ
allegatur. l. cohæredi. §. cum filiæ, in
372 fra cod. † ubi ſi pupillus grauetur re
ſtituere hæreditatem quandocunq;
deceſſerit, talis ſubſtitutio eſt omni
tempore fideicommiſſaria, & nihilo-
minus continet plura tempora &c.

Soluit Ripa, quòd non cenſetur
continere plura tempora, cum non
uarientur ſubſtitutiones, ſed ſubſtitu
tio ſit ſemper uniformis, iuxtà ſup.
ſed hoc uidetur contra Bar. infra. 2.
q. prin. ubi Bar. hanc appellat com-
pendioſam Solue, quòd cum hæc ſub
ſtitutio ſit facta per uerbum, reſtitue
373 re, † quod ẽ obliquum, meritò omni
tempore dicitur fideicommiſſaria
ut omnia dixit Bar. d. 2. q. principali
& licet ibi appellet ſubſtitutionem
compendioſam factam, uerbis obli-

quis, attamen impropria loquutio ē,
374 quia, ut cōstat ex prædictis† oportet eam plures species substitutionū continere, ut etiam tradit glo. & docto. d.l. precibus glo. Rub. supra eod. dū dixit, quod compendiosa habet naturam pupillaris, ac fideicommissariæ sequitur Claris. Leoni. qui multa citat suo tract. sub. tit. de reciproca nu. 50. Et cum ista non posit continere uulgarem, minus ē compendiosa, de mente Bar. hic, nisi largè respectu formæ, quam habet compendiosæ, sed non habet effectum, cum non contineat plures species diuersas substitu-
375 tionū, ut dicitur de libellis, † qui ut tot dicantur, quot sunt summæ, uel res in eadem scriptura contentæ, oportet, ut causæ sint diuersæ, & idem in sē tentia Bal. l. edita, C. de eden. Angel. l. scire debemus, de uerbo. oblig. cū aliis per Rimi. citatis cons. 99. nu. 69. & plenius cons. 359. nu. 28.

Opponitur 5. dicitur in definitione, sub conditione mortis, uel alia, sed contra, nam compendiosa conti-
376 net etiam pupillarem, † quæ absq; mortis conditione nō potest subsistere, supra. l. proxima.
377 Sol. Imol. † quod alternatiua in proposito alternat hoc modo, quod fiat compendiosa sub conditione mortis sola, uel sub alia, quæ tamen iungatur conditioni mortis, iuxtà l. qui liberis, in princ. supra eod.

Et sic si Bar. intellexit, quod ultra conditionem mortis posit addi alia optimè loquitur. d.l. qui liberis, si uerò intellexit absq; conditione mortis de alia extrīseca, malè uidetur loqui. Adde, quod pro hac intelligentia facit tex. noster, ubi ultra conditionem mortis est apposita conditio liberorum, idem. l. Lucius, ult. supra tit. primo. Verum quia Bar. in effectu sēsit, de cond. extrinseca sola, absq; conditione mortis, Ideo adhuc oppositio manet, & secundum Aret. responsio Imolæ est cauilosa.

Soluebant Soc. Ias. & Galiaul. hic, & Dec. d.l. precibus quod huiusmodi substitutio quatenus continet pupillarem, tacitè subintelligitur conditio mortis, non tamen erit expressa, sed subintellecta. At nec aliter sentit Imol. quod patet ex. l. qui liberis,
378 quam allegat, † quæ loquitur de cōditione mortis subintellecta.

Ripa, & Alcia. hic sub. nu. 18. con
380 tra† quod immo ubi adest alia conditio, compendiosa non cōtinet pupillarem, quia purificata conditione expressa, etiam esset expectanda tacita conditio mortis contra intentionem testatoris, qui posuit expressam, ut ea purificata filius excluderetur, & etiam tunc respectu pupillaris duæ conditiones requirerentur, una mortis tacita, & altera expressa, respectu uerò directæ militaris, uel fideicommissariæ sufficeret expressa, & sic non
380 fieret uniformis determinatio, † cōtra. l. iam hoc iure, & hæc fuit intentio etiam Polyt. tracta. subst. col. 1. uers. circa quintum.

Mihi magis placet solut. Soci. & præmitto, † quod Bar. hic quando lo
381 cutus fuit de cōditione mortis, sensit de conditione expressa, patet, quia adduxit tex. nostrum, in quo mors filii ponitur in expressa conditione, & idem in. l. precibus, quam etiam citauit, & propterea quando dixit, uel alia, etiam sensit de expressa ob alter

382 natiuam (uel) † cuius una pars aliã declarat,l.i.de reb. dub. non tamen uoluit excludere tacitam subintellectam ex natura dispositionis. Vnde
383 † cum clarum sit, quod substitutio pupillaris fieri potest sub conditione extrĩseca,separata à morte pupilli.d.l.qui liberis,in prin. nimirũ si etiam pupillaris includatur sub hac cõpẽdiosa alia expressa conditione facta. Nec obstat regula .l. iam hoc iure, quia,quod pupillus debeat mori, nõ dicitur conditio saltem uoluntaria,
384 & extrinseca. † Ideo non attenditur,nec facit quominus substitutio dicatur pura d.l.qui liberis,facit.l. in
385 terdum,infra de uerb. oblig. † Hæc igitur substitutio compendiosa facta sub conditione, quandocunq; Titius erit factus consul comprehendit etiã pupillarem , præsupponendo tamen cætera habilia ad essentiam pupillaris,quod scilicet etiam moriatur pupillus,iuxta.l.qui testamento.in prin. supra de testamentis.

Aliter puto rẽ ipsam posse declarari,nam aut substitutio,compendiosa sit pupillo,& procedunt prædicta, quæ essent necessaria si non posset fieri nisi pupillo, uerum quia potest fieri etiam puberi, & continet plura tẽpora,pluresq; diuersas substitutiones scilicet uulgarem, & fideicommissariã,ut infra,ideo cessat difficultas&c.

Postremo opponitur.d.l.uerbis ci
386 uilibus,† ubi uerbis directis per paganum facta compendiosa substitutio per uerbum distributiuum (quandocunq;) continet plura tempora,& tamen non continet plures substitutiones,quia euanescit per pubertatis superuenientiam.

Soluit Ripa sufficere potentiam, & aptitudinem,ut ibi per eum.

Quæ solutio non placet , quia ibi potentia non potuit cõtinere plures substitutiones, cum certum sit compendiosam euanescere per pubertatis superuenientiam,tunc enim potẽtia,& aptitudine continet plures substitutiones , quando possent ualere omni tempore,non tamen contingit nisi una,ut supra sepènumero fuit dictum,& dicetur infra, tradit Castrẽs. l. precibus,col.antepen.uers. pro ista opi.C.eod.

Respondeo igitur ad.l.uerbis ciuilibus,† quod illa non est compendio
387 sa,uerè,& propriè, sed impropriè,solum inspecta forma,iuxta Alex. post Cuma.l. iam hoc iure.nu.2. uers. tamen ut dicetur,supra eod. uel inspecta testatoris intentione arg.glo.l.2. infra de except. Vel melius, licèt sit, tamen non ualet, quia non fuit facta uerbis habilibus ut requiritur &c.
388 Secundo quæritur † quare cõpẽdiosa dicatur , & respondet Bar. ut hic per eum, cum quo alii transeũt & fuit originale dictum glossæ magnæ circa mediũ,& glo. finalis, post medium.l.precibus.C.eod idem. tradit Albericus in rub.supra eo.nu.88. ubi addit rationem, quoniam compendium,& dispẽdium uersantur circa tempus, allegat.l. Meuius.§. duobus,de leg.2.&.l.dotem.§.fi. de Castrens.pecul. qui malè facit. Ego addo.l.i.§.pen.C.de uet.iure enucle.& Bar.etiam sequutus fuit eruditiss. Leoni. in tracta. substi. tit. compendiosa nu. 19.

Adde,quod non ex eo solo,quod fiat uerborum cõpẽdio fuit dicta

389 compendiosa,† Sed etiam quoniam fit utiliter,& sic est breuis,ac utilis,& cum breuitate temporis concurrit utilitas,quæ duo, uerbum,(compendiosa) propriè continet, sicut contra,
390 † res dispendiosa est,quæ cũ damno
391 continet temporis longitudinem,† ut est dispendiosa lis,ita glo. notabiliter,ubi etiam docto.c. dispendia, de rescriptis in.6.facit clem. dispendiosa,de iudi. Hosti. c. finem litibus, de dol. & contuma. Quòd autem compendiosa fiat breuitate temporis constat ex pdictis,item,quòd sit utilis ex eo apparet, quòd nulla alia ẽ utilior, si diligenter consideretur, & tradit Bar. in prin.

Tertio Quero an compendiosa sit species substitutionis, uel sit adiectio, & concludit Bar.esse adiectionem,& cæteri eum sequuntur.

Sed contra, qa in definitione Bar. nullum est uerbum adiectionis, ideo aut definitio est falsa,aut compendiosa nõ est adiectio. Quare oportet subaudiri uerbum adiectio, in definitione Bar. pro ut suppletur ab Alberi,
392 co supra ĩ Rub.nu.87.ut dicamus,† compendiosa est quædam substitu-
394 tionum adiectio, † & idem dicunt docto. de substitutione reciproca, ut per Alex.& cæteros,l. iam hoc iure, nu.2.supra eo,&per Ias.l.Lucius,col.
395. 2. ubi etiam Bar. & alij infra eo,† probatur exemplo actionis de peculio,de in rem uerso, de institoria, ut dixit glo,l.3.§. cui congruit, de pe-
396 cul,Et idem dicitur de rescisoria,† q̃ non est proprium nomen actionis, Ias. post glo.& alios communiter.§. rursus.nu.86. Instit. de actio.
397 Idem† de possessione ciuili dixerũt, Placentius,& Azo.in.l. I. in prin. de acq. pos. in glo. ait, ubi etiam Soci. Alciatus, & Ripa,ubi querunt quotuplex sit poss. &c.
398 Propriè igitur loquendo† duæ sũt tantum substitutiones directæ,scilicet uulgaris,&pupillaris,ad quas aliæ reducuntur.Ias.& Dec.l.in testamento, prima, C. de testamento mil. ergo antè hæreditatem aditam uocabitur uulgaris compendiosa, post,pupillaris compendiosa,post pubertatem in pagano uocabitur fideicommissaria compendiosa,in milite directa militaris compendiosa,& sic apparet,quòd est adiectio, & qualitas, non autem proprium, ac principale nomen substitutionis.

Limitat Bar.prædicta procedere ĩ
399 pagano,non autẽ in milite, † à quo compẽdiosa facta dicitur species propria,& de per se,ut hic per eum, quẽ sequitur Alex. supra in Rub. nu. 2. uers.potes tamen, ubi cõsiderat glo. ibi, quæ dixit compendiosam fieri à milite tantum, nam quando fit à pagano est adiectio,idem Ias.l.uerbis ciuilibus,col.3.uers.2.habes,supra eod.
400 † Sed in hoc Bar.crebrius reprobatur, ut per Aret.Ias.& Ripam hic,& Soci. in.d. Rub. quoniam est etiam adiectio quando fit à milite, quia cõtinet directam militarem introductã de per se ĩ.l. querebatur,& in.l.miles ita hæredem, de mil. testamento.ita etiam sensit Alberi.d.Rub.nu.87.dũ uult directam militarem dici posse compendiosam, ut supra dixi paulò antè: Et illa glo. Rub. de qua supra habet alias intelligentias, quas ibi attuli. &c.
401 Limita secundo,†ut procedat quo

ad effectum, secus uidetur, quo ad formam, ut de reciproca dixerunt Cu-
402 ma. & Alex. d. l. iam hoc iure† sicut etiam nouum feudum dicitur ob nouam formam Afflic. decisi. 112. nu. 4. 5. & 248. nu. 8. Bal. c. 1. §. insuper, in fi. de prohi. feud. alien. per Feder. plene Ias. cons. 24. nu. 4. lib. 3. & alibi dixi, & hanc considerationem ad formã, habuerunt glossæ, & doctores connumerantes etiam compendiosam inter species substitutionum, & ita clariss. Leoni. ubi supra. nu. 25.

Effectus presentis inuestigationis
403 ille est,† quoniam cõpendiosa, cum sit adiectio, & qualitas assumet sibi naturam substitutionis principalis, ad
404 instar actionis de peculio,† quæ quatenus datur cõtra filium sortitur naturam actionis principalis, & dicitur bonæfidei, uel stricti iuris, pro ut est actio principalis, Ias. §. actiones autẽ nu. 26. 27. insti. de actio. post. Fab. ibi & Bar. l. i. col. 4. nu. 16. uers. item quero an actio de peculio sit bonæfidei, uel stricti iuris, supra de pecul.

Paganus quamuis post pubertatem directo substituere non possit. l.
405 uerbis ciuilibus, supra eo. † Tamen secundum Bar. hic, limitatur nõ procedere stante statuto, quod feminæ existentibus masculis teneantur obseruare omnia a testatore disposita, nam pater ipsis filiabus fœminis poterit directo substituere, & cum Bar. transeunt Bal. c. si pater, de testam. in 6. Butri. c. Raynutius, de test. in anti quis Alex. Soci. ac iuniores interpretes hic: Sed contradixerunt Imol. Ias. Polyt. & Ripa hic. Perusi. d. c. si pater, de testam. lib. 6.

Pro opi. Bar. primo ponderantur uerba statuti uniuersalia, dum disponit quod filia teneatur obseruare oĩa
406 disposita † igitur etiam hanc substitutionem directis uerbis factam. l. Iulianus, de leg. 3. l. a procuratore. C. manda.
407 Sed respondet Ripa † quod uerba generalia recipiunt restrictionem de habilitate. l. ut gradatim §. sed, & si lege, de mun. & hono. l. i. C. de sacros. eccles.

Secũdo igitur per Bar. potest ad
408 duci,† quod statutum debet aliqd addere iuricommuni Bar. d. l. 4. §. pretor, de dam. infect. ut hic per Soc. cui addo Bar. in. l. i. §. nuntiatio. de ope. no. nunt. in. l. 2. de usucap. Deci. in. c. pastoralis, in princ. extra de appel. & infra dicam.

Respondet Ripa post Imol. satis operari, quia ipsa filia præterita non poterit dicere nullum, nec quartam retinere, & satis est, quod in hoc opereretur.
409 Pro Imol. Primo adducitur† nam statutum ita est interpretandũ, ut minus ledat ius commune, quàm fieri possit glo. l. 2. C. de noxal. Gozad. cons. 88. nu. 8. Roland. a ualle cons. 72. nu. 35. lib. 3. & dixi cons. 171. nu. 27. 245. nu. 63. Igitur est interpretãdũ, ut filia omnia teneatur seruare, de quibus tamen, pater potuerit disponere, facit. c. i. de iur. iur. lib. 6.

Sed respondeo, quod eo modo statutum nihil adderet, & contrafacit, nam Imol. & Ripa uolunt, quod pos
410 sit filiam præterire,† & tamen hoc, iure communi, agere non ualet. Insti. de exhæred. liber. in prin. & l. inter cætera, de lib. & posthu. Vnde quà ratione illud potest, quod est sibi iure.

communi

cõi prohibitum, eadem debet etiam post pubertatem posse directo substituere. l. generaliter, de fideiussor. l. illud, ad. l. acquil. cum uulga.

Secundo Ripa allegat §. disponat, in auth. de nup. ubi testator generaliter potest disponere quicquid uelit, & tamen restringitur ad habilia, nec põt directo substituere, ergo nec põt ex generalitate statuti. Responsio est fa-
411 cilis † quia tex. i §. disponat, loquitur de iure communi, ideo restringitur ne corrigat ipsum ius cõe. Ias. in tracta. de usib. feud. col. 17. uers. istis tamen de iure nõ obstantibus. facit, qd
412 dicitur de taxatiua, † quæ nõ exclu dit casus similes, illa ratione, quia tũc corrigeret alias leges, Decius. l. i. C. de bon. pos contratab. & ibi satis operatur, cum faciat, quod testatoris dispositio sit lex.

Tertio igitur pro hac sententia Imol.
413 & Ripæ facere uidetur, quia † stante statuto, quod omnis causa inter consanguineos sit compromittenda, restringitur ad causas habiles & sic ad quæst. facti, & dubias, non autem etiã iuris indubitatas. l. ornamentorum, de aur. & arg. leg. l. post rem iudicatam, de transact. Curt. iun. l. pen. num. 45. C. de pact. Ias. l. i. in princ. col. 6. de ope. nou. nunt. ubi allegat. l. ille aut il le, §. cum in uerbis, de leg. 3. Ita Peru. si. c. sepe, in. 6. notab. de appella. citat Bal. l. ancillæ. C. de furt. & l. cum uirũ C. de fideicom.

414 Vltimo facit † quia iuris cõis correctio non censetur facta, nisi fiat expresse. l. præcipimus. in fi. C. de app. Sed sententia Bar. magis mihi placet. & præmitto † statutum non debere
415 esse superfluum, sed omnino aliquid operari, & addere iuri cõi. l. si quando de leg. i. l. si. ad municip. Bart. l. 2. de usucap. d. l. iiii. §. prætor, ubi ẽt Alex. col. 4. de damn. infec. & i. l. ita stipulatus. nu. 14. de uerb. oblig. Alexã. cõs. 190. nu. 15. lib. 2. Curt. iun. cons. 105. col. i. Riminal. cõs. 101. nu. 2. i. lib. i. Goza. cons. 5. nu. 9. Rui. consi. 81. nu. 6. in fi. lib. i. 51. nu. 6. lib. 3. Parisi. consi. 49. nu. 54. lib. i. cons. 59. nu. 26. & 110. nu. 6. lib. 3. Loffred. cons. 39. nu. 23. & alibi per doct. Quo stante considero, φ statutũ loquitur uniuersaliter, igitur ẽt huiusmodi directã substitutionem cõplectitur. l. Iulianus, de leg. 3.
416 † Non ob. dum ex aduerso dicebatur, φ generalitas recipit restrictionẽ de habilitate, quia id nõ procedit quando statutum, nihil operaretur, si
417 de habilitate restringeretur. † ut de priuilegio ẽt tradit Dec. l. ex test. nu.
418 45. C. de testa. mil. † & ubicunq; constat statutum generale uenire ad iuris cõis derogationẽ, debet generaliter intelligi non restringi, & interpretari secundum ius cõe, Bal in. l. maximum. q. 5. C. de lib. præt. sequitur Alex. cons. 20. nu. 9. lib i. 227. nu. 3. lib. 6 faciunt notata per Dec. l si quis certum, in fin. supra si cer. pet. in. l. nemo. nu. 5. C. qui testamẽ. fac. poss. l. si cum, uel in utero. num. 6. C. de testam. mil. Soci. consi. 89. num. 8. lib iiii. Rui. consi. 48. num. 13. lib. 5. quasi id uideatur de mente statuentium. Soci. cons. 89. num. 8. lib. iiii. Hinc, quod filia non posset dicere testamentum nullum, uel illud contratabulare si præteriretur ut supra. Vnde qua ratione eius respectu de habilitate non restringitur, eadem nec debet restrin-
409 gi in proposito. † debet enim

uniformiter intelligi, cum non detur ratio, ob quam magis corrigat ius commune in uno casu, quam in alio, est tex. notab. in. l. i. §. quod autem. ibi, prætor etiam simpliciter ait. supra de aleato. ut de lege indefinite loquente tradit Bar. l. si pluribus, de leg. secundo. l. i. §. & si in certum, de uent. in pos. mit. Et pro prædictis etiam cōfert, quod tradit Dec.
420 l. omnia, num. i. si cert. pet. † ubi statutum, si uelit maritum in omni casu dotem lucrari, locum habebit etiam stantibus liberis primi matrimonii, & sic fiet correctio legis hac ædictali. C. de secund. nup. pro quo etiam Bello. consi. ix. num. 7. citat docto. in aut. præterea. C. unde uir, & ux. Confert etiam, quod tradit Imol. post Angel. l. si mihi, & tibi. §. si stipulatus. infra de uerb. oblig. ubi inquit, † quod
421 statutum pingue non restringitur nisi ab alia dispositione restrictum reperiatur: facit † quia statutum generaliter loquens comprehendit omnes
422 casus, posito, quod in uno militet maior ratio, quam in alio Dec. cap. sedes. num. 12. 13. de rescript. consi. 5. num. 1. 2. per tex. l. in fraudem, in fin. de testa. mil &c.

Non obstat, quod statutum generale de compromissis intelligatur de causis dubiis, & sic restringatur ad habiles; quia etiam facta dicta restrictiōe, statutum operatur quo ad causas dubias, † cum nemo iure cōmuni cogatur compromittere. l. iii. §. i.
423 supra de arbitr. Castr. l. fin. col. fin. C. de uerb. sig. Soci. iun. consi. 24. num. 6. lib. 1.

Ad ultimum extat respōsio ex supradictis max. ex eo, qd dicit Dec.
424 d. l. omnia † ubi uerbis statuti generalibus corrigitur dispositio. l. hac ædictali. C. de secund. nup. Ratio est,
425 † quia idem operatur genus quo ad genus, quod species quo ad spēm. l. si
426 duo, de administ. tuto. cum uulg. † & tunc correctio satis dicitur expresse facta, quamuis sit facta uerbis generalibus. glo. d. l. precibus, prope fi. Bar. supra. in quarta oppo.

Quarto, quæro quis sit effectus cōpendiosæ, & Bar. respondit distinguēdo, ut per eum.
427 Prima sit conclusio † quod compēdiosa facta a milite uerbis directis, et ad pubertatem, sustinetur iure directo, ut hic: rationem assignat Soc. nume. 21. uers. prima conclusio, quia, cū iure communi ualere non possit, est credendū militem uoluisse uti priuilegio militari, ut aliquo modo ualeat. l. miles, qui destinauerat. infra de
428 mil. testa. Quibus infertur, † quod matrem excludit, iux. tradita per Alex. hic nu. 77. & supra uidimus quarta oppo. & cum Bart. est communis sentētia per tex. nostrum indistincte, ac simpliciter loquentem, de qua cōclusione satis supra diximus in prima oppositione secūdæ partis tex. circa
429 intell. l. precibus, † & si sit facta pupillo in potestate existenti ualet in uim pupillaris, ut hic primo responso, ra
430 tio est, quia iure cōi ualere potest † secus si facta sit pupillo emancipato uel extraneo, quia tunc ualet in uim directæ militaris cum iure cōi ualere non possit. Bar. l. in testam. prima ad fi. C. de testamen. mil. & ita etiam declarat eruditiss. Leoni. d. tract. substit. cōpendiosa. nu. 53. 54.
431 Secunda sit conclusio, † quod sub

ftitutio compendiosa à milite facta p uerbum commune matre superstite si filius institutus decedat in pupillari ætate, tanquàm pupillaris sustinetur si potest, ut quia sit in potestate, alias in uim directæ militaris Bar. d.
432 l. in testamento, ad fi. † si uerò decesserit in pubertate obliquatur si mater sit in medio. d. l. precibus, secundum intellectum communem, hanc itidem non examinabo, quia satis supra fuit discussa, dum actum fuit de intellectu d. l. precibus. Ratio est fauor matris secundum Bar. uel secundum alios, quia uerbum commune hoc pati-
433 tur, † & in dubio miles censetur uti iure communi nisi constat de eius cõtraria uoluntate. d. l. in testamẽto, pro pè fi. cum simil. & supra diximus.
434 Tertia est conclusio † ubi compendiosa facta est à milite uerbo commu ni matre in medio non existente ualet semper iure directo, & cum Bar. cæteri transeunt magis communiter, allegat tex. nostrum, qui nihil facit, quia uerba erant directa, non autem communia, adduxit etiam d. l. precibus, fortasse à contrario sensu, si enim ibi obliquatur, quia mater erat in medio, & sic eius fauore, igitur cessante eo fauore non obliquaretur; Sed ille tex. nihil probat, quia ibi miles tanquàm paganus censetur testatus, ut supra alias conclusimus.
435 Tertio pro cõi considerat Soc. † quod in testamẽtis faciẽda est plenior inter prætatio. l. in testamẽtis, de reg. iuris. c. cum dilecti de donat. & tradit Bar. l. i. §. si quis ita, nu. 3. infra de uerb. ob.
436 Potest respõderi quòd erit plenior si ualebit iure communi, iuxta. l. eius militis. §. militia missus, de mil. test.

Cõtrariã igitur sententiã sequuti fuerũt Cast. Alex. & Ias. hic post Iac. de are. Cy. et Saly. d. l. pcib., ubi ẽtCastr. Mouentur illo fundamẽto, quoniã miles in dubio cẽsetur uti iure cõi, iu rib. supradict. cui fũdamẽto respõdet:
437 Soci. † quòd miles præsumitur uoluisse facere potius directam, quam obliquã substitutionem, cap. si pater, de testa. in. 6. & ut hic p eum. Sed nõ ẽ tuta respõsio, ut cõstat ex dictis De cii. d. l. pcipus, nu. 15. uers. cõtra tamẽ, & Ripæ hic, quoniã sit interpretatio ut sit directa, quæ iure cõmuni ualeat, nõ ex priuilegio, qđ ĩ dubio miles nõ exercet. Videtur ergò posse aliter respõderi. Nã quod miles præsumitur uti iure communi, est præsumptio generalis, quæ tollitur alia præsumptione speciali, quòd scilicet uoluerit directo
438 substituere. d. cap. si pater, † & præsumptio magis spetialis prefertur iuxta cap. generi, de reg. iur. in. 6. l. uxorem. §. felicissimo, de leg. 3. & in spetie Bar. l. cum de indebito, de proba. Alex. consi. 28. numero 10. in fi. lib. secundo. & Rui. consi. 67. nu. 13. lib. 1.
Nec dicatur, ut dicebat Dec. d. l. precibus & Ripa hic, quòd tunc præsumitur potius directa, quam obliqua, quando potest ualere iure communi, quia est restringere.
Secundo Mouebatur Ripa per hunc tex. ubi infra tempus pubertatis ualet iure communi, non autem ex priuilegio militari, ergo idem est dicendum, quando subest uerbum substituo, ut potius ualeat iure communi, quam priuilegiato.
Nihil ualet hæc ponderatio, quia infra tempus pubertatis meritò ualet tanquam pupillaris, quia illa æquè

est directa,& est plenior, cum etiam bona filii contineat;in proposito autem si obliquaretur illa esset odiosior,
439 † alioquin militi frustra fuisset concessa facultas substituendi directo post pubertatem, si directa militaris non esset plenior,& fauorabilior obliqua, quam sine priuilegio miles facere poterat.

Tertio etiam ponderabat tex. nostrum,in uerbo directo,cum inducendo a contrario sensu,si enim ubi directo est facta substitutio post pupillarem ætatem iure communi sustinetur,ergo ubi non est facta directo, debet obliquari:potest respôderi, quòd
440 excludit suum contrarium, † prout est natura argumenti, à contrario sensu.Dec.l.i.nu.38,de officio eius & cõ si.119.colũ.2.& sic excludit substitutionem factam uerbis obliquis. Replicat Ripa hanc responsionem esse cõtra.l.uerbis ciuilibus,ubi ab illa dispositione excluditur,substitutio facta nedum uerbis obliquis,sed etiam communib. Aduerte pro solutione,duos casus esse in consideratione.

Primus est quãdo permittitur substitutio directa, etiam post puberta-
441 tem,†& tunc crediderim posse ualere,etiam si facta sit uerbis communibus,quo casu militat eadem ratio,et
442 iste est casus huius.l.† in quo est facienda lata interpretatio, quatenus agitur de præiudicio concedentis.l. 2.§.si quis à principe,&.§.merito, ne quid in loco publico.

Secundus est casus quando prohibetur fieri substitutio uerbis directis,
443 tunc reliqua remanent permissa far gum.l.cum prætor,in princ. de iudi.
444 &.l.ab ea parte,de probat† & hic ẽ casus.d.l. uerbis ciuilibus,ubi uerba communia non includuntur, nec in
445 sensu directo,nec in contrario,† sed tanquam casus ommissus remanent sub dispositiõe aliarum legum,ut declarat Dec.d.l.i.nu.38.de off.eius.

Vel responde ad hunc tex.q in uerbo directo non fundatur, sed solum narrat, quòd directo substituit &c. benè facit fundamentum,quia est miles, ideo a contrario sensu decidit contrarium in pagano.

Quid dicendum?aut loquimur de directa militari facta de per se per uerbũ, substituo,puta instituo Titium usque ad decennium postea substituo Ga-
446 ium†tunc uerbum(substituo)importat directam,quoniam non potest importare obliquam,nã tunc primus institutus adhuc directo duraret hæres cõtra intentionem testatoris, qui noluit eum esse hæredem,nisi ad tempus
447 † quo elapso omninò esse desinit.l. miles ita hæredem,de mil. test facit.l. imperator,supra de postulan.l. statu liberum.§.stichum,de leg.2.&.l.fi.C.
448 de lega.Item etiam † quia uerbum (substituo)absq; uerbo tractũ temporis denotante,importat directam ex proprietate sermonis.l.Gallus.§.i. ubi Bar.& cæteri,de lib.& posthu. Bart. in.f.ch.fi. Et iste non est casus noster, quia non loquimur de directa militari,sed de compendiosa facta à milite per uerbum,substituo.

Aut igitur loquimur de compẽdiosa facta a milite si filius simpliciter istitu-
449 tus decesserit † & tunc cum posit sustineri iure communi,eo modo su-
450 stinetur,†quia, nisi contrarium probetur,miles iure cõi cẽsetur. testatus d.l.in testa.cum simil.ita pcisè decla

rat Castrensis.l.certi iurit.nu.iiii. C. de testam.mil. Et sic i effectu mihi ma gis placet sententia contra cōmunē pro qua.2.loco adduco.d.l. precib.
451 ultimo responso,& considero,quod propriè in illis uerbis(non usq; ad cer tam ætatem) secundum communem intell. max. Plombini, de quo supra sensit,quando institutio prima fuit il la,quæ non fuit facta ad certam æta tem,& sic ad tempus,tunc potest obli quari,& sic potest,intelligi pro fidei cōmissario, & sustineri iure commu ni,alias non posset per supradicta.Nō
452 obst. † d. c. si pater, de testam. in.6. quia loquitur in pagano, & quando potest ualere uti pupillaris ordina
453 ria,† quæ est fauorabilis,tam hære di,quàm substituto.l. ex tribus.C. de inoffi. test.Vel ubi potest ualere iure directo,& obliquo,tunc sustinetur po
454 tius iure directo,† quia uerba acci piuntur in potentiori significatu, sed intellige quando,non refragatur uo luntas testatoris,iuxta.l. iam hoc iu re, supra eo. quæ testatoris uoluntas refragatur hic,quia,nisi id specialiter cauerit,non censetur uoluisse recede re à iure communi.d.l.in testamento prima in fi.l.quanquàm.C.de testam. mil.& tradit clariss.Leoni. tract. sub stitit.de reciproca nu.37.& de com
455 pendiosa nu.215. † hinc non cense tur uoluisse decedere cum duobus te stamentis, nisi id dixerit expressè.l. querebatur, post prin. infra de mil. test. Quibus apparet hanc præsum ptionem esse magis specialem, cum præcisè loquatur in persona militis, tex.uerò in.d.c.si pater,de milite nul lam mentionem facit, sed generali ter loquitur, ergo illa præsumptio ē generalior,quàm sit præsumptio.d.l. in testamento, quæ precise etiam in materia substitutionum loquitur, & magis specialis præsumptio prefera tur, ut supra.
456 Vltima est conclusio,† quando per militē fit substitutio uerbis obliquis, & concludit Bar,omni tempore esse obliquam,per tex.in.l.cohæredi.§.cū filiæ infra eod. Et ita oēs transeunt.

Sed non uidetur iure probari hæc
457 conclusio,† quia dictus.§. cum filiæ, loquitur in pagano, non autem in milite.
458 Saluat Soci. † quod miles censetur uti iure communi,d.l.in testamento, magna,in fi.C.de testa.mil.Sed potest replicari id procedere in dubio,cum dispositio utroq; iure ualere posset, quod non est in casu nostro.

Vel illud procedit ubicunq; agi
459 tur de æqualitate obseruanda† pro ut loquitur,d.l.in testamento,quo ca su non præsumitur miles uoluisse uti priuilegio ad præiudicium filiæ, iux ta.l.nec auus,de emanc. lib. cū simil.

Aliter uidebatur respondere Ias.
460 † quod ubi uerba, quibus usus est miles,non repugnant,iura loquentia in pagano, etiam in milite intelligū tur? Sed non probat suā intentionē.

Soci. secundo loco allegabat tex.
461 in.l.neq; enim.§.si,de mil.test.† ubi substitutio facta uerbis obliquis si nō potest seruari in uim obliquæ, serua tur in uim directæ fauore libertatis, igitur in oppositum est ius commu ne,.l.ius singulare,de legi.Responde, quod ibi clarè constat de uoluntate testatoris, cū expressè dixerit, quod
462 relinquebat per fideicōmissum.†Et in claris non est opus coniecturis .l.

continuus.§. cum quis, in fi.de uerb. oblig. Aliud uidetur in proposito, ubi usus fuit uerbo, restituere, cuius significationem miles uerisimiliter
463 ignorabat,† iuxta l.fi.§.i.C. de iure delib. cũ citatis per Clar. Leoni. tra cta.de substi.tit.directa mil.nu. 7. ubi
464 scit magis arma,quàm iura.† Et ita etiam responderi potest ad tex. in .l. querebatur, de mil. test. quẽ adducit hic Ripa &c. Ego breuiter sequor cõ munem, quoniam cum tex. in.d. §.
465 cum filiæ, simpliciter loquatur,† de bet habere locum, non solum in pagano, uerum etiam in milite.l. fraudem,in fi.infra de mil. test. Et si quidem uerbum commune, quod est dubium, post pubertatem obliquatur, quia miles censetur uoluisse uti iuris communis dispositione, ut fuit conclusum in præcedenti dispositione, longè magis debet idem procedere in proposito &c.
466 Sed † reassumendo hanc materiam plenius, quàm supra fuerit dictum (secundùm tamen communes cõclusiones) distinguo plures casus. Primus Quando compendiosa militis continet uerba directa, & institutus decedit in pupillari ætate, & est in potesta te,& sustinetur tunc in uim pupillaris, ut hic in prima parte textus.

Secundus casus, quando pupillus erat extraneus, iuxta.l.miles ita hære dem.§.exhæredato. infra de mil.test. & ualet uti directa militaris, ut ibi, quia iure communi ualere nõ posset uti pupillaris.l.2. in prin.l. cohæredi. §.cum filiæ. infra.eo. &c.

Tertius est casus, quando decessit pubes, & ualet etiam iure directæ militaris, ut hic in.2.parte.

Quartus quando usus est uerbo cõ muni, & institutus decessit in pupillari ætate,& sustinetur uti pupillaris si potest,alias ut directa militaris,ut supra primo, & secundo, casu.

QuintusCasus quando decessit pubes,& mater est in medio, & obliqua tur.d.l. precibus, ad fi. ut cõmuniter intelligitur.

Sextus est casus quando mater non est in medio,& semper est directa ut hic in secunda parte,ego tamẽ am plexus fui contrariam sententiam uti ueriorem,ut sup.in.3.conclusione.

Vltimus casus est quando fit uerbis obliquis,& omni tempore est ob liqua.d.l.cohæredi.§.cũ filiæ.ĩfra.eo.

Querit.2.loco Bar. de effectu com
467 pendiosæ factæ à pagano . † Et post glo. respondent. Aut fit uerbis directis, & usq; ad pubertatẽ ualet in uim pupillaris,postea euanescit.l. uerbis ciuilibus. Aut fit uerbis obliquis,& omni tempore est obliqua.d.§.cum filiæ. Aut fit uerbis communibus,& in hac extant opiniones inter glossatores , nã in.l.precibus,inquit glo. quòd omni tempore est fideicommissaria glo. autem insti.eo.in§.qua ratione,uoluit usq; ad pubertatem sustineri iure directo,postea obliquo.

Tres igitur sunt conclusiones Pri
468 ma est, † quòd substitutio facta uerbis directis, putà,quandocunq; decesserit,sit hæres,sustinetur, tanquàm directa usq; ad pubertatem, postea euanescit,ita glo.hic,in.d.l.precibus.d.§. qua ratione. Azo Iac. de Belui.Dyn. & omnes hic,& in.c. Raynutius,& in d.c.si pater,& ut hic per Bar.glo.l. in pupillari,in.l.uerbis ciuilibus, & alibi ut hic,per Alex.& Ias. Fundatur hæc

communis conclusio per tex. d.l.uerbis ciuilibus,† cui respondebat Ioan. and.i.c.i.de testa.super nouella,quod testator ibi uolebat substituere pupillariter tantum,& per errorē longius tempus expressit; Qui intellectus licet uideatur subcongruus.l. in pupillari,tamen merè diuinat, .d. l. uerbis ciuilibus.

Aliter igitur respondebat, quod ibi non negatur quin possit obliquari post ætatem pupillarem,solum dicitur,quod frustra fit,ita, ut ualeat iure directo post pubertatem, sed non fit frustra,ut ualeat iure obliquo: Verū quia in oppositum uidentur ponderationes factæ hic per Ripam,& Alcia. de uerbo (frustra) item, quia negat factum,non autem se restringit ad directam, ideo potest aliter responderi, quod ille tex. nihil dicit de substitutione facta impuberi,sed puberi,ut hic per Imol.nu.14.quem sensum latè defendi, & sustinui in interpretatione l.precibus,& etiam supra tetigi, illuc me refero.

Secundo allegatur.l.si seruus legatus.§.si seruus alienus,de leg.i. † ubi
470 etiam fauore libertatis dispositio directa non ualet iure fideicommissi.Multæ afferuntur solutiones ad hunc tex. ut hic per Alex. Aret. & Ias. & per Dec. in.l.precibus,nu.17.

Placet mihi ultra alios,Intellectus Ias. hic† quod scilicet illud procedat
470 ex eo,quod seruus erat alienus, qđ plenius declarat Alciatus paradox. lib.i.cap.5.& d.l. uerbis ciuilibus,nu. 18. Vel dicas,quod ibi illud fit quo-
471 niam lex. uidetur resistere † directo dari libertatem seruo alieno.l. seruo tuo,in fi.C.de testa.manu.§. libertas,in fi.insti.de sing.reb.per fidei. relict. Claris. Leoni.de substitu.tit.com
473 pendiosa nu.285. quo casu† quādo lex resistit,quod non ualet eo modo, quo fit, neq; ualet uti ualere potest, quia omnino actus est nullus .l. si nō sortem, in prin. de cond. indeb. Bar. ibi, & .l. stipulatio ista .§. alteri, de uerb.oblig.in.l. cum lex,col. 2. uers. his præmissis,de fideiusso. aliud uidetur in proposito, ubi lex non uidetur resistere,quamuis non assistat, cum dicat frustra substituitur.d.l.uerbis ciuilibus. Vel in.d.§.si seruus alienus, illud est,quia seruo alieno directa liber
474 tas dari non potest.d.l.seruo tuo,†& negatio posita ante uerbum potest, inducit necessitatem,& tollit omnem potentiam.c.i.de reg.iur.in.6. Bar.l. fi.col.2.uers. sed quero,supra de ferr. & in.l.Gallus,in prin.col.2.uers.extra glo.oppono,de lib.& posthu. & inducit formam quæ non potest per æquipolens impleri, Ias.l. i. primo notabili,& Soci. nu.3i. per illum tex.infra de uerb. oblig. ergo,nec directè, nec indirectè.

Vel.3.& uerius,in.d.§.si seruus alienus,non constat de uoluntate testatoris,quod uoluerit libertatem iure directo relictam deberi per fideicōmissum,hic autem secundum docto. constat,quod uult ultra pupillarem ætatem substitutionem habere locum,licèt hoc penitus non approbem,ut dicam inferius, Vel illud est,ne concurrant duæ spetialitates,prima quod di
475 sponeret de re aliena†contra.l.in re mandata.C.mandat. Ias. l. si grege legato nu. 4. 5. de leg. primo. Bal. l. si queramus supra de testa. Perusi rub.
476 de test.in.6.q.5.& † nemo de alienis

testatur,uel testari præsumitur.l.con-
ficiuntur.§.i.ubi glo.testatur,in fi.in-
fra de iure codicil Bal.l.in testamen-
to, in prin.C.ad.l. falcid. Item, quod
477 directa obliquetur,† quæ est spetiali
tas.l.sceuola intra. ad trebel.ibi, beni-
gna interpretatione,& .l. generaliter
§. si quis seruo infra. de fideicom. li-
478 bertat.†duæ autem specialitates cõ
currere non possunt.l.i.C de dot.pro
mis.glo.fi.l.2.ff de pact.cum simil.pre
479 sertim, † cum in datione libertatis
cautè procedatur,& nominatim,non
per coniecturas §. libertas, Instit. de
480 lega. † secus in peculiaribus.l. cum
proponebatur, de leg. 2. sed Maria.
hic.nu.22. ait hunc intellectum fuisse
Croti.§.l i.§. si quis ita,de uerb.oblig.
quem non uideram certè, nisi longè
post. Vnde cogita. Dico aliter,quod
si ex fideicommissaria sustineretur te-
stator prospexisset non solum seruo
de libertate,uerum etiam hæredi ma-
numittenti de iure patronatus, quod
noluit testator,cum noluerit ex dire-
cta manumissione ius patronatus es-
se suum.§.. libertas, uers. itaq; inst. de
481 sing.reb.†quod testatoris ius patro
natus ad hæredes non transmittitur
Bar.l.i.col.3.nu.7.uers. nũc ad propo
situm,de leg.i.
482 Contrariã igitur sententiam,†quod
immo post pupillarem obliquaretur,
& uti obliqua sustineatur, probauit
Ioan. and. in.d.c.si pater in nouella,
& plures antiqui,quos refert Cyn.d.
.l.precibus,& multi,de quibus hic per
Imol.Alex. Ias.& Ripam,& per Dec.
d.l.precibus, qui dicit quod hæc sen-
tentiã Ioa. and. contra communem,
maiorem habet æquitatẽ,quod prius
dixerat Alex. hic &c.

Primo allegatur tex.in.c. Raynu-
483 tius, de testa. † Sed ibi, secundum
Alex.hic,substitutio fuit facta per uer
484 bum (succedat) † quod est commu-
ne glo.in.d.c.si pater,de test.l.6. Bar.
infra col. pen.& licèt dixerit ei, scili-
cet impuberi,succedat,tamẽ intelligi
tur, quod ei succedat.i. ĩ eius locũ.l.
fin.C.de hæred.instit.l. qui quadrigẽ
485 ta,ad trebel.ita Ias. hic † & cum te-
stator impuberi simpliciter non sub-
stituerit, sed si sine liberis decesserit,
apparet,quod non se restrinxit ad pu
486 pillarem † quibus respondetur ad
Dec.in.d.l.precibus, nu. 17. uers. sed
replicari potest &c.
Secũdo Ioan. and. mouebatur per
regulam.l.in conditionibus,de cond.
& demostra cum simil,de quibus hic
per Ias.
487 Respondet Alex. hic, † quod mens
est seruanda dummodo uerbis con-
gruis sit expressa,alias secus, facit.l. si
quis in fundi uocabulo,de leg primo.
488 Vel secundo† uoluntas testatoris ẽ
seruanda dummodo uerba non sint
contraria, .d.l. uerbis ciuilibus, ubi
489 Castr. † procedit ergo regula.d l. i
cõditionibus,quando uerba sunt ine-
pta,uel diuersa,nõ tamen contraria.
490 Tu dicas clarius, † quod tunc reie-
ctis uerbis seruatur uoluntas,ubicũq;
uoluntati uerba conueniunt, saltem
secundum impropriam significatio-
nem. Alex.clarè.l.3. in fin. C. de lib.
pret.allegat tradita in.l. in ambiguo,
491 de reb. dub.† Sed uerba directa, pu
ta, hæres sit, nequeunt impropriari,
Alciat.d.l. uerbis ciuilibus. nu. 3. su-
pra eo.& hoc ĩ dispositione hominis,
quicquid per uiam extensionis per le
gem factum sit.

Vel

Vel dici potest,quod licet hic constet testatorem fecisse substitutionē, etiam ultra pupillarem ætatem, non tamen cōstat,quod uoluerit obliquari,immo uidetur constare contrariū, cum uerbis directis eam fecerit iux. l.labeo. §. idem tubero, de sup.lega.
492 Et hoc eo max.† quia minus censetur uoluisse grauare hæredem, quàm potuerit.l.unum ex familia.§.si rē,de leg.2.Afflict.decis.44.nu.17. Craue.
493 cōsi.86.nu.7.presertim† cum fideicōmissum sit grauamen odiosum, & nō præsumendum.l.cohæredi.§.cum filiæ inf.eod.& late dixi cons.394. nu. 26.
494. 482.nu.13.& alibi.Nec dicatur,†q immo capienda est illa præsumptio, per quam actus sustineatur.l.quotiēs, de reb.dub. cum suis concordātibus Castr.& cæteri.l. quanquam.C.de testa.mil.Quia respondeo illud concedi posse,ubicunq; eo modo, quo fuit facta,sustineretur,secus,cum fiat translatio in aliam speciem,& sic mutetur nomen,& substātia substitutionis,quia tunc pro constanti nō habetur,quod testator uoluerit directam transfun-
495 di in fideicommissariam,†ideo a uerbis non receditur.iux.l. non codicillum.C.de testa.benefacit quod tradit Bar.supra in prima oppo. primæ partis.& melius in.l.in pupillari,in prima opposi.supra eod. Et licet uideatur,
496 hoc contra.l. Sceuola, ad Trebel.† attamen ibi illud esse potest, quia ab initio actus omnino erat inutilis, qđ non est in proposito. Et ex his extat responsio ad.c. si pater, ponderatum per Ripam.inf.prima limitatiōe post Aret.hic, qa illa iusta cā,qua substit. directa obliquatur, nō pōt in proposito accipi pro testatoris uoluntate.

Verior ergo uidebatur sententia Ioan.And.quod post pupillarem ætatem,obliquatur per tex.in. l. filiusfa. §.ut quis hæredem,de leg.i.& in.l.ex facto,in prin.inf.ad trebel.Sed sequor communem.

Primo moueor per d.l.uerbis ciuilibus, eam inducendo,ut supra.Si.n. uerba illa possent obliquari,frustra ille substitutus petiisset admitti tanquam coniunctus.
497 Secundo,per.l. precibus, †ubi ideo post pubertatē obliquatur, quoniā secundū cōem opi.substitutio fuit facta per uerbū cōe,adeo ut,si uerba fuissēt directa,nō fieret obliquatio:& si illud determinatur in milite, tanto magis
498 debet procedere in pagano.† magis astricto uerborum significatibus.l.i.l. neque enim,inf.de mil.test.l.si.i.prin. C.de iure delib.

Tertio per tex.i.l.Sceuola,scdm cōem intellectū,iuncta glo.in fi.inf.ad treb.
499 †ubi cum uerba directa ex benignitate trahuntur ad fideicommissum, cū substitutio ab initio fuerit inutilis, igitur, cum (ut hic) ab initio ualuit, non debet obliquari, fortasse illa ra-
500 tione,ne difformitas inducatur†cōtra.l.iam hoc iure,supra eo.l.a.l.quāuis.C.eod.

Quarto,moueor per tex.l. generaliter §.si quis seruo,inf.de fideicommiss.li-
551 bert. † ubi seruo pignorato si quis directam libertatem dederit, inquit tex. quod fauore libertatis obliquatur,igitur ubi non agitur de eo fauore,dispositio,quæ non potest fieri directo,si fiat, non obliquatur, & cum directa uerba obliquentur fauore libertatis , ut ibi expresse dicitur, apparet , quod ubi non agitur de

tali fauore,secus est; & quamuis etiã in alia materia directa, uerba uideantur posse obliquari, ut. d. §. ut quis hæredem,tamen mox respondebo.

Quinto quia si subst. facta uerbis directis,per superuenientiam pubertatis obliquaretur, utiq; nulla esset differentia inter factam uerbis directis,& communibus, frustraq; communia fuissent introducta, unde multæ quæstiones, & doctorum conclusiones destruerentur,quod dicẽdum non est.

Sexto Moueor per tex. in cap. si
502 pater,de testamento in 6.† dum dicit substitutionem interpretari directam, si uerbis, ac personis conueniat,quanquam directa interdum ex causa trahatur ad fideicommissum, at si traheretur per superuenientiam pubertatis, id non esset interdum,& ex causa, sed quodammodo regulariter, & frequenter, cum ita possit euenire, quod decedat post
503 pupillarem ætatem,quam ante† immo uerisimilius est,ac frequentius,ut moriatur post pubertatem,iux.l.fin. C.de sacros.eccle.ergo &c.

Postremo considero tex.nostrum ponderatum,& inductum, ut hic per Ripam, & per Alciat. hic, & in d.l. uerbis ciuilibus,supra eodem,nam si obliquaretur in pagano etiam obliquaretur in milite, qui in dubio utitur iure communi .l. in test. magna. C. de testa. mil. & sepe dixi.

Nõ ob.d.§.ut quis hæredem, quia respondet Cuma. & idem in effectu
504 Alex. hic in uers. septimo,† sed clarius dicas, quod ibi materia subiecta patitur,cũ uerba sint directa ad grà
505 uatum † pro ut est natura uerborũ obliquorum,&ibi concurrunt uerba
506 deprecatiua, rogo, † quæ sonant fideicommissum.l.2.C.comu. de lega.
507 † nimirum si ex eis declaretur uerbum hæres,&improprietur,arg.tex. in.l.sed & si adiiciatur,supra proSocio.l.fin.§.cui dulcia,de tri.ui.&oleo lega.Bar.l. uerbum oportebit,ad fin. de uerb sig.& sic ibi materia subiecta
508 patitur † quæ etiam propriæ uerborum significationi præfertur. docto. rub.de ope.no.nun. & ibi nullo tempore potuit aliter ualere,quã in uim fideicommissi, secus hic , ubi saltem potest usq; ad pubertatem. facit d.l. sceuola,ad trebel.secundum communem intellectum glo.&doct.l. uerbis ciuilibus supra eo.

Limitatur hæc conclusio† ut pro
509 cedat,quando subst.est facta uerbis directis, & ciuilibus, ut hæres esto, instituo,& simil.secus si directis,&nõ ciuilibus,ita Bar. hic,qui hoc secundo casu tuetur sententiam Ioan and. per tex.d.cap.Raynutius.&c.& fuit originalis distinctio Nic. de materel.ut refert Bal.l.precibus. C.eo.de quo per Alex.hic uers.3.fuit opinio.

Præmitte, † quæ dicantur uerba
510 directa,&ciuilia&quare ita dicãtur, ut per Ias.& Alciat.d.l. uerbis ciuilibus,in prin.&clare etiam Bar.hic.dũ dicit quædam sunt uerba directa, & ciuilia,hoc est iure ciuili introducta,
511 †ut uerbum hæres .l.lege obuenire,
512 de uerb. sig.† Idem de uerbo instituo.l.i.sup.tit.pri.
513 Quædam† uero sunt directa,&nõ ciuilia,inducta ab usu loquendi,ut tradit etiam Castr. d.l. precibus ,col.6. uers. Bart. autẽ distinguit,quæ ideo dicuntur directa, quoniã diriguntur

ad substitutum, ut ipse capiat manu propria non autem aliena, glo. directis. l. eam quam. C. de fideicommiss.
514 † exéplũ in uerbo capiat, accipiat. & moriatur, cap. si pater de testam. l. 6.
515 Ratio differentiæ, est secundũ Bar. † quoniam directa non ciuilia, possunt intelligi, ut substitutus accipiat, uel capiat, ut hæres, item etiam uti legatarius, sua tamen auctoritate. l. Titia, prima §. i. de leg. 2. ibi. uolo, quod accipiat à semetipso. &c. Ideo hæc uerba nõ habent firmum, ac præcisum significatum. cum nõ sint uer
516 ba iuris ciuilis † & propterea interpretantur pro ut casus accidit. Vnde si pupillus decedat in pupillari ætate, lex interpretatur substitutionẽ directam, si uero pubes moriatur, interpretatur. fideicommissariam, ut dicitur de uerbo, quod potest habere significatum in præterito, & in futuro iux. tradita in. l. iii. de adi. lega. l. hæc conditio. §. fin. de cond. & de monstra.

Non ob. quod subst. directa non
517 obliquetur, † quia secundum Bar. hæc nunquam fuit directa, si eueniat casus, quod decedat in pubertate, &
518 hoc lex sciebat † iuxta. l. cum quidam. §. suum, de acq. hæred. Quando autem uerba sunt directa ciuilia, nulla potest fieri interpretatio per legem, quoniam ex uerbis habentibus suum propriũ significatum, satis cõstat testatoris intentionẽ fuisse, quod substitutus sit hæres directo, ita Bar.
519 hic concludens in effectu, † quod ubi uerba sunt directa, & non ciuilia, sunt apta ad utranq; substitutionem, quia non habent proprium significatum, ideo interpretatur facta substitutio, quam euentus ostendit, secus ubi uerba sunt directa ciuilia, tunc habent certum significatum, & non est opus interpretatione. Et cum hac limitatione, & sic cum Bar. distinctione, cæteri crebrius transeunt ut post Alex. p Ripã hic. numero 71. licet Ias. d. l. precibus, num. 9. uideatur dicere, quod imo Bar. frequẽtiori nouissimorum consensu est reprobatus: idem Butri. cap. Raynutius, ut per Alex. hic num. 54. uers. cõtrarium. Saly. igitur d. l. precibus, &
520 Imol. hic contra. † quia Bar. distinctio est quædam subtilitas perniciosa, contra quam, etiam arguit Ias. quia
521 hæres, est, Dominus, † cuius appell. uenit ẽt utilis, ut etiam tradit D. Leoni. l. C. eruditis. d. tract. sub in uer. cõpendiosa. num. 305. & appell. hæredis, uenit etiam fideicommissarius, & ut per eum, & per Maria num. 203. igitur etiam quando uerba sunt ciuilia deberet procedere sentẽtia Ioa. and. Sed responsio extat clara, quia domini um utile habet nomen dominii, fideicõmissarius autem habet diuersũ
522 nomen ab hærede, † & quicquid sit in dispositione legis per extensionẽ, non ex ui uerbi, in dispositione hominis, pro ut nos loquimur appell. hæredis non uenit fideicõmissarius. Alciat. d. l. uerbis ciuilibus. num. 3. supra
523 eod. Præterea, † hæredis appellatiõe uenit fideicõmissarius duntaxat post factam restitutionem. §. restituta. in sti. de fideicom. hæred. nos autem sumus ab initio ante. restitutionẽ, nec ob. l. filiusfa. §. ut quis hæredẽ, de leg. i. & l. ex facto in princ. ad treb. quia subiecta materia id patitur, ut supra in conclus. in fi. non heredis signif.

Ripa etiam pungit contra Bart. sed
nihil est, quia Bar. fatetur fingi, nun-
quam fuisse directam, quando uerba
fuerunt directa, & non ciuilia, secus
si fuissent etiam ciuilia, quia, eo in ca-
su tunc intelligitur conclusio.

Ripa tamen hic sequitur Bar. ut
per eum solum attingetem, an lex de
futuris sit, uel non sit certa &c.

Mihi autem non placet hæc Bar.
distinctio: † quia uere uidetur nimia
524 subtilitas: Nam si esset uerum uer-
ba directa, & non ciuilia non habere
proprium sensum, & posse utroq; mo-
do interpretari, non uiderentur diffe-
re a communibus, quæ in effectu eo
525 modo interpretantur, † & tame dif-
ferunt. Nisi fatearis contrarium, ut
per Castr. l. precibus. col. 6. uers. Bar.
autem distinguit, & sensit Bart. infra
526 in fin. quod tamen non placet, † quia
uocabula confunderentur, contra §.
alio quoq; uers. sed quia, Instit quib.
527 mod. testa. infirm. Secundo† si hæc
uerba sui natura (ut Bar. fatetur) ideo
directa dicuntur, quoniam propria
auctoritate ex se ipso substitutus po-
test capere, igitur sui natura resistunt
528 obliquationi, † quia tunc non cape-
ret propria authoritate, sed de manu
alterius d. l. precibus, in fin. & supra
tradunt docto. Tertio contra Bar.
uidetur hic noster. tex. q dicit, quod
directo substituit, non dixit uerbis ci-
uilibus, & sic uerba potuerunt esse di-
recta, & non ciuilia, & tamen tex. præ-
supponit substitutionem non potuis-
se obliquari, ex quo iure militari sus-
tinetur tanquam directa; ut supra in
ultimo fundamento conclusionis.

Nec, postremo, uidetur, quod con-
sideratio, a Bartolo facta super cer-
titudine, sit uera, cum procedat in a-
529 ctu, seu dispositione legis, † ut loqui-
tur. d. §. suum, in quo lex potest esse
certa, nos autem in substitutione fa-
cta ab homine, cuius uoluntatis lex
530 non potest esse certa, † & falsum est,
secundum omnes, legem de futuris
esse certam, ut etiam tradit Bar. d. §.
suum, & late Soci. iuni. hic. num. 204.
531 † nisi futura æuitari non possint, ut
mors, sicut declarat glo. in. §. condi-
tiones, in uerbo, natura, Insti. de uerb.
oblig. nec tollit, quin ante puberta-
tem fuerit pupillaris directa saltem in
532 potentia† quod sufficit, quamuis nō
habuerit effectum, probatur ex su-
pradictis per Bar. prima oppo. & cla-
re in. l. in pupillari. prima oppo. ubi
533 inquit† quod directa pupillaris non
potest transire in fideicōmissariam;
quia conuersio, & transitus fieret ad
speciem contrariam, ut ibi per eum:
nisi dicatur Bart. ibi loqui, quando
substitutio fuit facta uerbis directis,
& ciuilibus, unde cogita, explicabitur
etiam inferius ubi Bar. repetit.

Non ob. quod uerba hæc couenīāt
534 etiam legatis. d. l. titia. §. 1. † quia il-
lud est in legato singulari, sed ubi re
fertur ad totam hæreditatem, & ap-
ponitur uerbū, capiat, apparet, quod
535 in effectu uult. directo substituere. †
& in d. l. Titia, clare constat, quod uo
lebat legare, cum alius uniuersaliter
536 fuisset institutus, † & nomen etiam
directum, & ciuile, pariter potest im-
portare legatum. l. quoties, C. de hæ
red. insti. Dec. post alios. l. fi. nu. 23. 24.
C. de ædic. diui. Adria. tol. facit. l. id
tempus. §. fi. inf. de usucap. &c.
537 Limitatur, secundo† ut procedat,
quando uerba directa ciuilia dirigū

tur, in personam pupilli, cui substitui tur, ut post mortem filii mei, ei, uel si bi hæres esto, secus si uerba referantur ad testatorem, ut mihi hæres esto, uel simpliciter proferantur, ita Bald. d. l. precibus, quem sequitur Castr. ibi, & in d. l. uerbis ciuilibus Card. d. c. Ray nutius, Orian. hic, & Ripa. Mouebatur Bal. per argumēta Ioannis And. quibus fuit supra respōsum. Ripa cō
538 firmat, † quia facilius toleratur im propriatio unius uerbi, quàm duorum. argumento. l. i, §. sin autem, su pra titulo primo, ubi si testator dicat Lucius esto, subintelligitur, hæres, si dicat Lucius hæres, similiter sup
539 pletur uerbum, esto, secus si tantùm dicat, Lucius, quia tunc supplenda essent duo uerba. Vult dicere Ripa, quādo testator utitur uerbis directis ciui libus, ut importent fideicommissariā, debent obliquari, & impropriari, si ul terius testator dixisset, sibi pupillo, tūc
540 ō opus esset alia impropriatiōe, † quia per obliquam non succeditur pupillo, sed testatori. l. cohæredi. §. cum filiæ infra eo. Hæc confirmatio redderet rationem differentiæ limitationis; si esset uera, sed eam non puto ueram.
541 Et aduerte, † quia quando dico, sibi, intelligitur etiam mihi, & in bonis meis, Insti. de pupil. §. i. &. §. non solum, & clare in tex. nostro in prima parte, iccirco postea non deberet extingui substitutio facta in bonis testatoris per superuenientiam pubertatis filii; licet enim extinguatur, quo ad bona pupilli, deberet manere, quo ad bona patris, ut in tex. nostro, in secunda parte, & tamen omnes, & etiā Bal. & Ripa præsupponunt conclusionem procedere, & sic substitutionem omnino esse extinctam.

Secundo aduerte, quia quando testator inquit mihi hæredem facio, uerba ciuilia non debent obliquari, cum sint talia, quæ obliquari non possunt d. l. uerbis ciuilibus: illud igitur, uerbum (mihi) solum potest ostendere te
542 statoris uoluntatem, † at sufficere nō uidetur, quòd testator ita uoluit, nisi utatur uerbis habilibus: & sic hæc limitatio uidetur de directo contra cō munem cōclusionem, quæ præsupponit testatorem uoluisse ualere substitutionem post pubertatem. dicunt tamen, docto, eam non ualere, quia, qd potuit noluit, & quod uoluit adimplere nequiuit. l. multum interest, ubi glo. C. si quis alteri, uel sibi, Imol Alexan. & Ripa supra in conclusione. Alex. ibi, in primo fundamento pro cōi.
543 Limitatur tertio, † ut procedat i cō pendiosa facta absque temporis distributiuo (quandocunq;) puta post mortem filii talis sit hæres, alias secus, tūc procedit sententia Ioa. and. quia liquet testatorem ultra pupillarem, uoluisse facere aliam substitutionem, quæ cum, ut directa non potuit ualere, debet obliquari, . l. Sceuola, ad trebel. ita Ang. d. l. precibus, & d. l. in pupillari. Qui Mouebatur quia sunt plures substitutiones propter distributiuum, arg. l. sicut in annos, circa prin. supra quib. mod. usuf. amit. ubi usufructus relictus quandiu quis uiuet, si ammitatur, & iterum possit illum habere, censetur repetitus. Respondet Alex. quòd immo secundum cōmu
544 nem opi. unica est substitutio † & ad. l. sicut in annos, respondet, quòd ibi materia est reiterabilis, hic autem non, cum sit mortis, ideo ibi sunt plu

res dispositiones, hic autem una, ut per eum. Quæ responsio non satisfacit, non enim uideo cur etiam hic actus substitutionis, non sit reiterabilis de tempore in tempus, sicut ibi, licet mors reiterari non possit, & etiam ibi usufructus, cum esset quãdiu uiueret, mortem respiciebat.

Magis igitur placet, quod ibi uerba non resisterent repetitioni, quæ semper erat uniformis eiusdem qualitatis usufructus, secus hic ubi directa fieret obliqua, quod difficile sit. Bar.

545 supra prima oppo. † & repetitio nõ debet fieri, ubi contrarietas, & correctio sequeretur, .l. i. in fi. C de lib. pre ter. & dixi cons. 218. nu. 13. sicuti hic sequeretur. d. l. uerbis ciuilibus. & per d. l. sicut, possem inferre ad notabilem

546 quæstionem, † quando debitor alienat rem, quam obligauerat, & deinde, ex noua causa eam recuperat, an hypotheca censeatur repetita, de qua per Bar. l. sicut §. superuacuum, col. pen. post medium, supra quibus mod. pig. uel hyp. soluit. ubi inquit, censeri repetitam, quando creditor non consensit alienationi d. l. sicut, secus si consensit uoluntate ita ordinata. l. fin. C. de remis. pig. & ut ibi per eum.

Secundo mouebatur Ripa, ut restringatur iniquitas, & rigor communis conclusionis. Ego respondeo cõclusionem non esse rigidam sed honestam, cum nõ appareat, testatorem uoluisse eam obliquari, ut supra. item quia

547 agitur de euitando fideicommisso, † quod est onus. l. cohæredi §. cum filiæ infra. eo. & supra diximus bene facit, quod tradit Bar. d. l. in pupillari, prima oppo. supra eo.

Tertio Mouebatur Ripa, quoniã licet testator fecerit unicam substitutionem, tamen ex uerbo distributiuo, magis constat, quod uoluit eam ualere etiam post pubertatem, ideo, cum non possit ualere uti directa, flecti debet ad sustinendam testatoris uoluntatem. d. l. Sceuola, secus quando simpliciter dixit substituo post mortem filii mei, quia potuit sentire, si moreretur in pupillari ætate &c.

Sed ex pdictis extat responsio, quia non constat, quod testator uoluerit obliquari, & si uoluit non potuit. d. l. uerbis ciuilibus. l. nemo potest, de leg.

548 primo † & quando inquit, si decesserit, & sic indeffinite fuit loquutus, sub

549 intelligitur, quandocunq; † ideo quando id exprimitur, expresio nihil debet operari, cum tacite inesset, ut hic per Alex. nu. 66. citat. l. iii. de

550 leg. primo † hinc dicitur compendiosa dummodo fiat post mortem instituti Ias. d. l. uerbis ciuilibus, in prin. supra eo. Dec. l. precibus. nu. 16. Curti. iuni. cons. 172. nu. i. 2. Parisi. 25. nu. 13. lib. 3. Crauet. cons. 283. col. 2. Præ-

551 tereat distributiuum (quandocunq;) quod est generale, potest recipere restrictionem, & declarationem ex uerbis directis, quandocunq; scilicet directa possit locum habere, sicuti determinatur a uerbo restituat, ut intelligatur, quandocunq; fieri poterit restitutio per hæredem grauatum, ut per Ripam infra nu. 101. uers. tu autem, & uide ibi, dum ait, quod, & determinatur per uerba, hæres esto, & intelligitur, quandocunq; idest quocunq; tempore potest esse hæres, ut per eum nu. 102. post alios, quos refert, & facit

552 quod in simili dicitur, † de uerbo in perpetuum. l. i. supra pro socio, & insti.

de perp. & temp. act. quod ex subiecta materia restringitur ut ibi cum citatis per Dec. cons. 521. nu. 12. & ita se habet magis communis opi. à qua non est recedendum ut per Alex. in cons. 60. nu. i. uersi. & istam partem lib. primo.

Alex. igitur, & cæteri communiter Angelo contradixerunt, quoniã unica est substitutio, ut per Bar. in uers. 3. principaliter, per Bal. & Imol. hic per Bal. l. ex tribus. C. de inoffi. testamẽto, & alibi, ut hic p Alex. &c.

Potest responderi, quòd est unica, quo ad formã uerborũ, sed plures uidentur, & effectu, & continentia, ut su
553 pra uidimus in definitione, †effectus autem debet prævalere. l. i. §. hæc uerba, quod quisq; iur. l. iii. §. nunc de ef
554 fectu, de lib. leg. cũ simil. † sicut quandoq; conditio, quæ tacitè inest, quo ad figuram uerborum, facit actum cõditionalem, non autem, quo ad uim, & potestatem, quæ attenditur. l. Cornelius, ad fin. supra tit. primo, & Ias. l. 3. primo notabili, de leg. primo, & prout etiam dicitur de legato annuo. l. 4. infra de annu. lega. l. stichũ. §. stip. & ibi not. infra de uerb. oblig.

Ego breuiter sequor Alex. quoniã etiam conclusio subintelligitur continere uerbum (quandocunq;) cum loquatur, de compendiosa. Vnde est exprimere, quod tacitè inest ergo &c. l. iii. de leg. primo, ut in simili, tradit Decius. l. precibus. nu. 20. uers. si autẽ esset facta compendiosa &c. ubi ait
555 † clausulam, uulg. pup. & p fideicom. subintelligi in compendiosa, & quando exprimitur esse expresionẽ eius,
556 quod tacitè inest. † Solum enim hoc uerbum distributiuum uidetur operari maiorem declarationem mentis testatoris, quòd uoluerit substituere etiam ultra pubertatem, sed ex hoc non sequitur quòd uoluerit substitue
557 re per fideicommissum, † immo contrarium præsumitur, ex quo usus fuit uerbis directis. l. labeo. §. idem tubero, de supp. leg. l. non aliter, de leg. 3. & quamuis uoluerit, non tamen, potuit d. l. uerbis ciuilibus &c.

558 Limitatur quarto† ut procedat, ubi substitutio contineret plura tempora sub uerborum compendio, secus, si contineret plura tempora distincta, ut si testator dixerit si filius meus decesserit in pupillari ætate, uel alias quãdocunq;, Titius hæres esto, iuxtra glo. d. l. precibus, in uerbo, fideicommissi, in fi. & hanc etiam approbant Alex. & Ripa hic. Castr. d. l. precibus, col. 7. in fi. uers. si autem non sit una substitutio, sed plures,

Aduertè in primis, quoniam hæc limitatio uidetur incongrua, nam cõclusio loquitur de compendiosa, limitatio autem de alia substitutione non
559 compendiosa, †ubicunq; enim distincta sunt tempora, non dicitur compẽdiosa, glo. communiter approbata in d. l. precibus, & sensit Excel. Leoni. d. tract. sub. in uer. cõpendiosa nu. 340.
560 & est ratio, † quia tempora plura nõ continentur sub uerborum compendio, Ripa supra. nu. 61. uers. 3. oppo.
561 † fallentia igitur non est bona, cum non sit de regula iuxta. l. nam quod liquide §. fi. de pen. lega.

Secundo Nam est idem, ac si specificè substituisset uerbis ciuilibus post
562 pupillarem ætatem, † quæ substit. frustra fit. d. l. uerbis ciuilibus §. fi. insti. de pupil. subst. Est uerum, quòd glo.

d.l.uerbis ciuilibus,& ibi docto. ma-
gis communiter.indistinctè uidentur
563 concluderet† substitutionem factam
extraneo, uel puberi , etiam uerbis
directis,post aditam hæreditatem,ob
liquari,& hanc esse magis cõmunem,
refert,ac testatur Alex.cons. 82.per-
spectis,col.1.uers.quinimmo lib.secun
do,& cons.40.perspect.col.i.uers.qui
nimmo.lib.3.Mihi tamẽ in puncto iu
ris uidetur uerior cõtraria sententia,
quam Imol.& pleriq; tenuerunt. Vi-
deas Ang. aret.d.§. fin. num. tertio
instit.de pupil.subst.ubi col. antepen-
asserit hanc esse ueriorem de subtili-
tate iuris, idem Alex. hic nu. 70. Et
non ob.l.Sceuola,ad trebel.qua com
564 munis nititur† quia ibi agitur.de su
stinenda pupillari, quæ infra tempus
pupillaris ætatis obliquatur . Et ibi
subest uerbum (substituo) secundum
aliquos, quos supra deffendi,& ibi e-
rat nulla propter accidens , quia in
codicillis fuit facta,uerba tamen,erãt
habilia,ut Imol.& Alex. declarant,su
565 prà in conclusione,& breuiter.† cũ
ille tex. habeat uarias intelligentias,
in eo probabile non potest fieri fun-
damentum,Bar.l.in ambiguo,de reb.
dub. cum traditis per Bal. in.l. scire
leges,sub.nu.3. de legibus,ubi asserit,
eius ueritatem ignorari, quod multi
pliciter exponitur.
566 Limitatur quinto loco,ut procedat
de rigore , secus de æquitate Panor.
872 Videtur posse responderi † illud esse uerum donec pendet conditio iux. l. is damnum. §. quod pendet, & ibi Cagnol. de reg. Iur: secus autem quādo conditio impleta est, quia tunc idem iudicatur, ac si dispositio nō fuisset conditionalis. l. sed & si de sua, ad si. infra de acq. hæred. l. si pupillus de cond. inst.

873 Altera ratio per Doc. assignatur† quia institutiones sunt faciēdæ uerbis expressis, non autem tacitis à contrario sensu. l. Iubemus. C. de test. sed filii in conditione positi, si censerentur uocati, à contrario sensu essent uocati ergo &c. ita Ias. l. pecuniam, col. secunda Ver. secundo & uers. aduertè, si cert. pet.

874 Sed nihil ualet hæc ratio, † quoniā, ut saltem per fideicommissum censeantur uocati, sufficiunt coniecturæ l. si seruus pluriū §. fi. l. licet, de leg. pri. l. cū proponebatur, de leg. 2. l. pater filium §. pater filios, de leg. 3. l. in cōditionib. primū locū, de cōd. & dem. Nec ē uerū φ filii in conditione positi uocētur à contrario sensu, contrarius sensus in proposito non est, quod filii succedant, sed quod substitutus non admittatur, fuit. n. substitutus si filius decesserit sinè liberis, ergo a contrario sensu si decesserit cum liberis non cen-

875 setur substitutus, † ita assumitur argumentum à contrario sensu ex uerbis dispositiuis ad limites uerborum ut declarat Deci. l. i. Vlt. not. num. 38. de off. eius, in .l. eius est nolle, de reg. Iur. & alibi. Vera est igitur prima ratio quod respectu filiorū

sit casus ommissus, qui remansit sub dispositione legis.l. comodissime de
876 lib. & posth.† & ideo cum filii remã serint sub iuris communis dispositio- ne,non est mirum si ab intestato cen- seantur uocati, ut inquit glo. d. l. lu- cius, ab intestato .n. proprie surgit dispositio legis, quia uocantur proxi
877 miores,& sic filii,† & istud est, quod sensit glo.d. l. Lucius. Nec dicatur, immo filii saltem purificata conditio ne sunt uocati, ut supra dixisse ui- deor,respondendo ad.l.si quis sub cõ
878 ditione per tex.d.l. sed,& si de sua, † nam id procedit in dispositione con ditionali,filii autem in proposito sim pliciter sunt positi in conditione, non autem sunt uocati.sub cõditione. Ad uerte nam hic sensus non uidetur pos se subsistere,quia tex.dixit, quod testa tor non solum prætulit fratrem hære dem substitutis, sed etiã eius liberos, si eos prætulit,ergo eo modo,quo fra ter.l.iam hoc iure.infra eo.si frater ex
879 testamento ergo & liberi,† nec po- tuit sibi ab intestato, cum fecerit te- stamentum. l. quamdiu infra de acq. hæred.l. illud,eo.tit.nec potuit proui dere ,quod fratri succederent ab inte stato, cum frater non esset impubes, cui potuisset .l.si titio.§.fi. de leg.i.di cas sic neccessario,quod ibi liberi nõ erãt uocati,sed q̃rebatur an stichus,& Pamphi.excluderetur,p fratrẽ,qui tẽ pore aditionis nõ habebat filios, & di citur quod sic,sed si ante aditã decef sit cũ filiis,an admittantur substituti, & uidebatur.quod sic,quia tũc nõ su- berat frater,qui substitutos exclude- ret,sed cõtradixit, quia existunt, filii, quos etiã,ptulit,subaudi, quo ad effe- ctum exclusionis,& sic sicuti illi exclu duntur p fratrẽ, excludũtur ẽt p eius liberos,sed de admissione nullũ uerbũ ibi in illa ult.parte,sed solũ frater uo catur,qa fuit substitutus in ẽe, filii ue rò,cũ nõ fuerit substituti,nõ admittũ tur ex illa testatoris dispositiõe,Secũ
880 do cõprobatur hæc itelligẽtia,†qa taciti,& expsi idẽ ẽ iuditiũ.l.cũ qd, si cert.pet. sed i tacita cõditione libe rorũ,q̃ritur solũ,an liberorũ existẽtia deficiat substit. ,& substitutus exclu- datur,ut ẽ tex.in.l.cũ auus, de cõd.& de.&.l.cũ acutisimi.C. de fideic.&ẽ pclarus i. l.generaliter.§.cũ aũt.C.de ist.& subst.ergo &c.3.cõfirmatur qa tex. dicit ꝙ nõ solũ fratrẽ ptulit sub stitutis,sed ẽt eius liberos,p istitutio- nẽ liberi nõ admittũtur, quia nõ fue runt instituti,patet, quia frater erat i tota hæreditate,& si fuissent uocati, ui derẽtur uocati uti fratris cohæredes cõtra illũ tex.& dicere,ꝙ essẽt uocati,
881 tãquã substituti,† istud ẽet.cõtra.d.l. iã,hoc iure,& cõtra not.in.l.Gallus.§. .1.Rui.cõs.159. nu.161.168.nu.9.lib. 2.ubi pcisè quãdo testator uocat uel substituit fratrẽ, & filios fratris quia oẽs censẽtur uocati eodẽ tẽpore ob copulã; ita oẽs cõtra. Bar.ibi i.d.§.i.
882 Vltimo pro hac itelligẽtia tacit† nã pœna apposita p testatorẽ offẽdẽti u- xorẽ,nõ aplicatur uxori in cõditione positæ,sed hæredi, uel cohæredi , uel substituto,uel ab itestato ueniẽtib., uel fisco Bar.l.paterfa.testamẽto in fi.sup. de hæred.inst.& in.l.uxorẽ.§. hæres, de leg. 3. Bal. l. i. col. antepen.uers. sexto. C. de his qui pen. no. Soci. in rub. ff. de his qui pen. no, cons.
883 5.lib.i. † Nec ob. argumentum, de. l. iam hoc iure , quia militat diuersa ratio.l.ii.iuncta glo. supra de off. pro

cons. frater enim prefertur non solũ in exclusione, sed etiam successione, q̃a fuit institutus, eius uero liberi non sunt instituti, nec substituti; ut proba ui, sed tantum in conditione positi, ergo excluduntur, & non succedunt, & hæc sint satis quo ad primam hanc conclusionem, quæ est de mẽte Doc. magis communis.

Secunda ẽ cõclusio ex dictis Bar.
884 † quod ubicunq; filii non solũ sunt in conditione positi, sed etiam grauati, ex his duobus censentur substituti, & uocati ita Bar. cum quo transeũt Aret. Galiaul. & Ripa hic cum multis per Gabriel. adductis in suis conclus. lib. 4. tit. de fideicom. conclusione. 4. num. 17. in quarta limitatione Aret. §. fin. instit. de pupill. substit. Ancha. repet. c. si pater. xii. notabili de testam. in. 6. & multi perusi. de quibus per Corne. l. ab eo. C. de fidei com. Soci. l. cum auus, col. fin. num. 14. & in. l. cum filiofam. num. 5. de leg. primo. Ponta. d. l. cum filiofam. columna. 6. circa fin. sub. nu. 24. & ibi Alciat. num. 9. in fin. Soci. consi. 77. columna. 3. & consi. 249. num. 15. lib. i. cum aliis de quibus per Decium l. i. numero. 15. & ibi Rip. numero. xi. C. de pac. & ultra eos Gozad. consi. 26. numero. 23. Vdericus Zasius tracta. substitu. in materia compendiosa, columna fin. ubi allegat idem etiam tenere Lanze. Poly. Rui. consi. cxi. columna tertia, & seq. libro secundo consi. 139. columna secunda. libro tertio. Corne. consi. 97. columna secũda. libro primo. consi. 74. libro secundo. Guid. Papæ. q. 39. ubi inquit ita plu ries fuisse iudicatum, & ita seruari in curia delfinatus. Soci. iuni. consi. 110. numer. 21. libro. 3. Parisi. 75. numer. 63. libro. 2. Boe. q. 155. numero. 13. Menochi. 95. numero. 78. Tobi. non. consi. 31. num. 19. & latè scripsi consi. 93. & hodie est magis communis, ut per eundem Soci. iuni. cons. 114. nu. 18. lib. 3. & est opinio uerior, ut per Celsum Hugo, consi. 20. num. 30. & in iudicando, & consulendo tenenda ut per Mãtuam consi. 92. nu. 10. lib. i.

Pro hac sẽtẽtia Bar. adduxit tex. in. l. deniq; §. interdum, de pec. leg.
885 † ubi seruo grauato centum hæredi inferre, peculium censetur relictum.

Respondebat Imol. in. c. Raynutius, de test. & hic, quòd ibi illud est,
886 ex eo, quòd etiam, † quando inter uiuos datur libertas seruo, sibi tacitè censetur peculium concessum. l. i. C. de pecul. eius qui lib. meruit, Vnde mirandum non est hoc idem procedere etiam in ultima uoluntate, si illud adiungitur, quòd sit grauatus materia enim illa peculii, cum aliquo casu soleat remanere penes seruum, nimirũ si etiam remaneat ubi seruus in peculio est grauatus, ita etiam Alex. hic, & in d. l cum filio col. 2. nu. 4. uers. item etiam, & cons. 24 attentis. col. antepeu. lib. 3. Quæ responsio non uidetur bona secundum Ias. hic, quia l. C. in. §. interdum, non se fundat ex eo, quòd peculiũ aliquo casu soleat se qui seruũ, sed se fundat, quòd seruus fuit grauatus centum de peculio inferre, meritò censetur peculium reliquisse alioquin fuisset impossibile, quòd seruus solueret centum nisi prius censeretur legasse, arg. l. Decem, de uerb. oblig. ita ante Ias. respõdet hic Aret. & Soci. d. l. cũ filiofam. nu. 4. de leg. primo. Quæ solutio fuit

Bar. ibi in. d. §. interdum; sed nihil hoc est, quare censetur reliquisse centum ex peculio in necessariam antecedentiam, non autem totum peculium arg.l.Imperator.§.si certum,de
887 leg.2. † & cum lex permittat solui de peculio, quod seruus soluere grauatus est.l.3. §. fin. in prin. supra de cond.ca.da.ergo idem censetur sensisse testator † iuxta Bar.l. hæredes
888 mei.§.cum ita,ad treb. ubi uoluntas testatoris censetur cõuenire cum uoluntate legis.

Ias. igitur aliter respondet, quod ideo ibi grauando,ut aliquid det de peculio,intelligitur peculiũ reliquisse,quia testator grauauerat illum seruum, cui relinquerat libertatem, ut daret aliquid de peculio hæredibus testatoris,& sic uidetur uoluisse,quod si hæredes non habeant nisi centum, reliquum remaneat penes seruum, secus ergo si seruus quid de peculio fuisset grauatus dare alicui tertio,nõ autem hæredi,tunc peculium ipsi seruo non censeretur relictum .l. 3. §. fi. iuncta glo. in uer. dare supra de cond. ob. cau. Hæc responsio Ias. est multum pulchra, & ante eum fuit Alex.d. cons. 24. col. pen.uers. non obst.iura Bar.lib.3. & ante Alex. ita prius respõdet Imol.l.ex hac scriptura col.i.uers in eadem glo.de donat. tamẽ adhuc uidetur dubitabilis,quia tex. non facit fundamentum in eo, ꝙ seruus iussus fuit dare hæredibus, sed quod fuit iussus dare de peculio, & Bar.idem concludit ibi, uel hæredi, uel alii dare iussus sit.Nec ob.d.l.3.§.
889 fi.† quia ibi expresse non fuit iussus dare de peculio, sed simpliciter fuit iussus dare, quamuis etiam possit de peculio dare, nisi prohibeatur de facto,ut ibi,& .l.3.post priuc.uers.& parui. infra de stat.lib.ita Rui.consi. ixi. nu.xi. uers. & similiter lib. 2. uerum quia Doc. male declarant, iccirco, ego considero, & distinguo tres casus, Primus casus est quando seruus iussus est dare puta centum,& tunc licet possit soluere de peculio.d.l.3.§. fi. in prin. & d. l. 3. post prin.uers.& parui. infra de sta. lib. nisi ab hærede prohibeatur.d.§.fi.non tamen censetur relictum peculiũ,ut in dictis iuribus,etiam si hæredi dare iussus sit, dũmodo (ut dixi) sit iussus dare simpliciter, & quare hoc casu non censeatur relictum peculiũ (ratio est) quia posset dare de alia pecunia, ut constat ex.d.uers.& parui,& sensit etiam tex. in d.§. fi. & hic non est casus noster. Secundus est casus, quando iussus esset seruus dare hæredi centum, ex peculio,& tunc clare constat, testatorẽ nolle hæredem habere nisi centum, ergo reliquum, quasi tacite sibi relictum,potest retinere seruus;& hic est casus Imol.in.d.l.ex hac scriptura Alex.in.d.cons.24.& hic, ubi etiam Ias. & iste casus indubitatus est: sed non est casus.d.§.interdum, qui in uerbis decisiuis non facit uim in eo, quod iussus fuit seruus dare hæredibus,sed, quod iussus fuit ex peculio centum inferre.

Tertius igitur casus est quando simpliciter iussus ẽ inferre centum ex peculio,& hic est casus .§. interdum, quod etiam peculium censeatur relictum,uel iussus fuerit dare hæredi,uel extraneo,ut ibi per Bar.& supra dixi & hoc procedit non ratione Bar. & aliorum,quia aliter non posset solue-

re, cum non concludit in toto pecu lio, sed duntaxat in parte, in qua fuit grauatus, Et ideo ego dico, illud esse posse, quia concurrit duplex permissio dandi de peculio (tacita) de qua in d. §. fi. & in d. §. & parui, & expressa, quæ, ut operetur aliquid, efficit, ut totum censeatur legatum arg. §. sanctissimas, in auth. de alien. & emphi, Alex. l. filiusfam. §. Diui, col. i. de leg. i. cum simil. Quæ ratio duplicis promissionis cessat hic in istis filiis, qui prius nõ censentur habere aliquam libertatẽ in hæreditate, uel id procedit in pecu
890 lio, † quod eius est naturæ ut cẽsea tur relictum seruo, cui libertas relinquitur, redditis rationibus, & reliquis illatis. §. peculium, uers. idẽ rescripserunt inst. de lega.

Secundo Bar. allegat notata in .l. alio, in fi. in primæ glo. de ali. & cib.
891 leg. † Respondet Imo. Alex. & Ias. quod loquitur, quando, grauatus est executor testamẽtarius, ideo tale grauamen ualet, quia censetur relictum ab hærede, & sic ab honorato, sicut quando grauatur tutor, censetur grauatus pupillus .l. peto .§. mater de leg. 2. & supra dixi.

Aduerte, quia executor non uidetur nudus minister hæredis, sed legatarii, quemadmodum dicitur nudus minister pauperum, ut Bar. & cæteri dixerunt supra in. q. quãdo testatore mandat bona dari pauperibus per suos commissarios; uerum quia ego tenui, quod sint executores hæredis, ut ibi dixi, ideo transeo cum hac responsione.

Tertio Bar. adduxit tex. d. l. si ita
892 stipulatus, in prin. de ope. lib. † Sed post Imol. respondet Alex. & Ias. ibi esse casũ spetialem, in quo illud, quod in uim conditionis exprimitur censetur dispositum hoc ideo, quia ibi positum in dispositione, peti non poterat quodam iure spetiali, tanquam oppositum causa onerandæ libertatis, & sic, cum ille sit casus spetialis, in oppo
893 situm est ius commune, † ut, scilicet, posita in conditione non disponãt .l. si quis sub conditione, si quis omis. causa test. & ita etiam secundum Ias. hic, idem dixerunt Bal. l. acceptam, q. 6. C. de usur. Saly. & Fulgo. l. si pacto quo pœnam. C. de pact.

Adde, quod sicut ibi, ne patronus omnimodo excludatur, illæ decem operæ positæ in conditione finguntur promissæ; pariter in proposito, ne grauamen, iniunctum liberis inutile sit, & sic, ne excludatur substitutus, fingi debet, ut ipsi liberi censeantur uocati, unde tuta non est responsio docto: Tu potes saluando responsionẽ ipsam, dicere, quod lex noluit patronum remanere exclusum, tum, quia satis constabat intentionis partium esse, quod alterum solueretur, licet operæ in facultate soluendi uiderentur, iuxta l. obligationum fere. §. pe. infra de actio. & oblig. tum etiam, quia, cũ patronus dedisset libertatem, decens non erat, ipsum omnino excludi arg. l. si uero remunerandi. §. idem Papinianus supra manda. hic autem non constat, quod testator uoluerit honorare filios in conditione positos, nec militat illa ratio honestatis, ac præsumptionis. §. idem Papinianus, cum substitutus nihil egerit.

Quarto pro hac sententia mouebantur docto. Perusini, quia licet unum solum, quod nepotes sint in cõ

ditione,non sufficiat glo.d.l. Lutius, nec illud solum, quod sint grauati.l. ab eo.C.de fideicom. tamen ambo si
894 mul iuncta debent sufficere, † cum duo uincula magis stringant, auth. cessante.C.de legi. hæred. glo. l.i.C. de pact. cum simil.
895 Respondet Ias.† quod si duo imperfecta iungantur nihil debent operari l.i.C.qui nume.tut.l.2.§.fi.l. spadonẽ §.qui iure,de excus.tut.

Sed non mihi placet hæc responsio,nam duo imperfecta non coniunguntur, quando tendunt ad diuersa,
896 † pro ut illa tendunt ad diuersas excusationes, secus quando duo imperfecta tendunt ad eundem finem,quia
897 tunc coniuncta operantur,†ut patet in duabus imperfectis probationibus puta duo testes si coniungantur, uel unus cum confessione facta absente parte uel unus cũ fama; sicuti omnia declarat Bar.l. admonendi, col. xi. uers.his præmissis, supra de iur. iur. Qua de re,cum ponere filios in conditione ad exclusionem substituti, ac postea etiam eos grauare, eo tendãt, ut filii ipsi censeantur uocati,&sic ad unũ finem, meritò coniungi debent per suprascripta facit.l. qui sententiã,
898 propè fin.C.de pen.†& actus plures quando tendunt ad unum effectum unicus reputantur Bar.l. si pupilli.§. uideamus,col.i.de neg. gest. Castr.l. cum seruus, col.i. de cond. & demõstra. Aret.l.i.col.fi. in prin. supra de testa. Tu autem respondere potes, non reperiri iure cautum, quod hæc duo,etiam simul, sufficiant,& ea sunt, de quibus disputamus,& dicitur non sufficere,quia conditio nihil ponit,& grauamen nihil operatur.

Quĩto pro hac opi.adducitur tex. in.l.titia seio.§.seia libertis,de leg. 2. Bal.in.d.l.ab eo.C.de fideicom. re
899 spondebat,† quod ibi ult. loco moriens fuerat honoratus; dicit clarius Imol.& post eum Alex. hic, quod ibi grauatus ad totum fundum, saltem ad partem fuerat uocatus,ideo si grauetur in totũ, inter ipsos honoratos reciprocum censetur inductum fideicommissum,ut ibi; Quæ responsio nihil concludit,quia in altera parte fuit tantum honoratus, & tamen,eo ipso, quod fuit grauatus ad totum tacitè inter ipsos factum censetur fideicom-
900 missum, † alias ad totum grauari non potuisset.l.Imperator.§.cum quidam de leg. 2. Respondet igitur Ias. 2. loco,illud esse non quia simpliciter
901 fuerit grauatus, † sed quia totus fũdus fuit relictus, & ab ult. moriente. Idem dixit Ias. ipse.l.quidam testam. in fi.infra eo.Rui. cons.126.nu.8.lib. 3. Curt. iuni. cons. 16. nu.4.Gozad. cons.64.nu.12. Soci. iuni. cons. 176. nu.13.19.lib.2.& ante omnes fuit solutio Dyn. & Bar. l. uel singulis infra eod.

At nihil facit responsio hæc nam substitutio sola ab ultimo moriente non inducit reciprocum fideicõmissum,& obstant, quæ dixi replicando ad Imol.&Alex.nam cum fuerit grauatus ad totum,& sic etiam ad partẽ in qua non fuerat honoratus,ideo cẽsetur uocatus, idem igitur uidetur, etiam in proposito, ubi licet simpliciter, & indeffinitè grauamen esset de
902 bonis† tamen,censetur de omnibus bonis Ias.l.potest, circa finem infra eod.tit.nostro Curti.iun.cons.43.nu. 2.3.4.5.& cons.139.nu.8.

Potest prædictis pro responsione adiungi, quod dicit Bar. d. l. uel singulis, in prin. quod in d. §. scia. testator libertos ad fundum uocatos prohibuit alienare dictum fundum, quod est maximum judicium fideicommis
903 sit iuxta. l. peto. §. fratre, de leg. 2. tradunt docto. l. filiusfam. §. Diui. de leg. primo concurrunt igitur ibi plura. Primum quod unusquisq; fuit uocatus ad portionem. Secũdum quia fuit alienare prohibitus. Tertium quia fuit relictum fideicommissum expressè de toto fundo, Vltimum ad ultimo moriente; quibus tot concurrentibus reciprocũ inter libertos honoratos, fuit inductum fideicommissum. Vnde quæ non possunt singula, multa iuuant, quæ multa non concurrunt improposito.

Sexto facit regula, l. illud, de acq.
904 hæred. † qui enim uult consequens censetur uelle suum necessarium antecedens, & eo magis in his, quæ procedunt a uolũtate partium Bar. l. si cau sa cognita, C. de transact. Ideo si testator uoluit grauare censetur etiam uoluisse honorare, cum absq; eo non ualeat grauamen.

Respõdebat Bal. in l. fi. 16. opposi.
905 C. de hæred. instit. † regulam d. l. illud non procedere, in proposito per tex. qui urget in oppositũ. l. ab eo. C.
906 de fideicom. Tu dicas hoc clarius, † quod ubi quid est datum pro forma nõ procedit hæc regula Comes. instit. de actio. §. fuerat. num. 15. allegat Saly. & Alex. d. l. fi. C. de hæred. instit. Iasl. l. Gallus, in prin. col. 9. sed satis pro forma requiritur, ut præcedat emolumentum. d. l. ab eo. ergo &c.

Ego etiam Aliter respondeo, nempè qui uult consequens, censetur uelle suum antecedens, quando est necessarium alias secus, Bar. l. ambitiosa, col. 5. in. 2. regula, uers. sed quero, de decret. ab ord. facien. & in. d. l. ex hac scriptura, col. 2. de donat. Sed non uidetur antecedens necessarium, quod liberi sint uocati, & substituti, cum non sint ab intestato successuri, uidentur
907 potuisse grauari † ex eo, quod tacitè concessit non adimendo. l. conficiuntur, in prin. de iure codicillorum. l. si fundum per fideicõmissum, alias, à titio. §. fi. de leg. primo. Vnde grauati censentur liberi sub conditione si habebunt ab intestato, ut uidetur sensisse prudens testatoris consilium, iuxta. l. Lucius, ultima circa fi. iuncta glo. supra tit. primo, & cum huiusmodi interpretatio fieri possit, non est necessarium illud antecedens, quod liberi censeantur substituti.

908 Postremo uidetur facere, † quia in dubio est iudicandum pro testamento. l. si pars de inoffi. test. l. uel negare. quemad. testa. aperi.

Responsio est facilis, quia hic non agitur de conseruando testamento, quod iam ualuit, & sortitum fuit effectum ex institutiõe filii, sed agitur de
909 fideicõmisso, † quod tanquam onus uidetur æuitandum. l. cohæredi. §. cũ filiæ. infra eo. cum uulg. & sic arg. reflectitur.

910 Contrariam sententiam † quod imo filii non censeantur substituti, & consequenter grauati non potuerint, tenuerunt ipsemet Bar. suo cons. incipiẽte Andreas condidit test. Oldra. Bal: l. ab eo. C. de fideicomis. l. sed si sic, de leg. 3. Alber. Curt. Seni. Collegium Papiense Alex. cum multis aliis de q

Potest etiam responderi ad .l. ab
917 eo, † quod ex solo grauamine non censetur quis honoratus, secus quando ultra grauamen aliud concurreret, ut hic, quia filii sunt in conditione positi, ita Rui. consi. 13. nu. 7. lib. 3. & in effectu est argumentum Mod. peru sinorum, ut per Corne. d. l. ab eo, quē refert, ac sequitur Ripa hic; & in. l. i. C. de pact. & uidetur etiam de intentione Soci. d. l. cum filio, ubi num. 42 uult, quod grauatus nullo modo censeatur honoratus, & tamen num. quinto contradicit, si filii non solum sint grauati, sed etiam in conditione positi.

Secundo igitur pro hac sententia contra Bar. hic. allegatur tex. d. l. cum quasi. §. si plures. de fideicom. liber. Sed responsio colligi potest ex supradictis &c.

Tertio allegatur illa trita regula,
918 † quod inducta ad diminutionem non debent operari augmentum .l. legata inutiliter, de adim. leg.

Respondet ipsemet Ias. qui tenet contra Bar. illud esse uerum, quando potest operari diminutionē absq; eo quod inducat augmentum, alias secus, d. l. deniq; §. interdum, de pecu. legato. cum cæteris, per Bar. adductis.

Et ita etiam respondet Decius .l. i. num. 34. de reg. iur. Bar. l. deniq; §. interdum, in .l. ex hac scriptura, columna secunda. Alexandrinus. §. nihil commune, num. 164. & consi. secundo, num. 17. Brun. tracta. de diminut. conclusione sexta. uersic. secundo restringitur fol. 7. columna prima. allegat tex. dictæ. l. denique. §. interdum,

Secundo ego respōdeo; dictam regulam non procedere, quando aliquo modo apparet de præsumpta mente testatoris, Imol. ut refert Alex. l. si mihi, & tibi. §. in legatis, num. 3. de leg. primo: de qua testatoris mente præsumpta, uidetur constare hic &c.

Quarto allegatur .l. hæreditas ad
919 statium, supra tit. primo † ubi hæreditas ad statium nullo iure pertinet, cum hæres institutus non sit, nec quicquam ei prodest, quod ab eo aliquid legatum est.

Respondet Ias. hic: quod propter particulare legatum, uerum ē, quod testator non censetur reliquisse uniuersam hæreditatem, ratio est, quia tunc antecedens esset minus conse-
920 quenti, † quo casu, qui uult consequens non censetur uelle suum antecedens. l. pen. §. illo. C. de necess. ser. hære. insti. & ita regulam. l. illud, de acq. hæred. limitat. Roma. ibi: Verū quia hæc limitatio non caret difficultate, per tex. quem adducit hic Ias. d. l. deniq; §. interdum, de pecul. lega. & ultra eum, adduco. l. Diuus, in prin. de usu. & habita. & in. §. idem iuris, instit. quibus ex caus. manu. non licet Dec. c. præterea, de off. deleg. & ultra eum Bar. l. cum tale. §. fin. de cond. & demonstra. de quo: infra clarius: Ideo ego respondeo, quod ibi agitur de
921 † hæredis institutione † quæ nunquam censetur facta, nisi uerbis expressis fuerit facta. l. i. si tab. test. extab. l. iubemus. C. de testam. Ias. .l. pecuniam quam, columna secunda. uersi. secundo. & uersi. aduertē, si cert. pet. & ita respondet Rui. consi. 137. numer. undecimo lib. tertio. nos autem agi-

922 mus de fideicommisso uniuersali, † quod solis coniecturis induci potest .l.cum proponebatur,de leg.2. Dec.
923 pulchrè,consi.15. nu.2.& cons.23. † Quinimo inter substitutionem directam,& obliquam hanc eandem differentiam constituit Cast.l.uel sing.infra eo.ubi etiam Imol.Castr.l.pen.C. eo.Ripa hic sub.nu.36.&159.de qua re supra aliquid dixi.

Quinto pro hac sententia uidetur .l.sed si sic.§.fi.de leg.3. Inducta, ut p
924 Soci.d. l.cum filiusfam.† nã ibi fuit grauatus stichus si esset hæres hæredis testatoris,unde necessarium antecedẽs erat,quòd hæres uideretur grauatus de faciendo stichum hæredem, iuxta tradita i l.ex facto,inprin.infra ad trebel.& tamen ibi non ualet, nec necessarium antecedens subintelligitur &c.

Sed nec istud officit (quia) ut dicit
925 Bar.in.d.l.ex hac scriptura, † oportet, ut antecedens à nuda testatoris uoluntate dependeat, quamuis ergo testator possit hæredem grauare, ut stichum hæredem instituat, per hoc tamen hæres sic grauatus ad hoc nõ cogitur, sed solum per fideicommissum restituere grauatus intelligitur d.l.ex facto, & .l. filiusfam.§. ut quis hæredem,de leg.primo quod fideicõmissum non potest dici antecedens ad ualiditatem legati à sticho relicti
926 † quia per illud non succeditur hæredi,sed testatori.l. cohæredi.§. cum filiæ,infra eo. & per consequens non esset adimpleta illa cõditio, si stichus erat hæres hæredis ipsius testatoris, ita eleganter respondet Rui.d. consi. 139.nu.10.lib.3.

Potest.2.loco responderi, quòd si ibi in necessariam antecedentiam hæres à testatore censeretur grauatus stichum hæredem instituere, illud esset de directo, contra uerba,ac mẽtẽ testatoris, qui noluit hæredem grauare stichum instituere, sed uoluit eum in sua libertate relinquere, & sub conditione stichum grauare, uoluit igitur stichum grauare absq; eo, quòd grauaret hæredem, ideo sequitur, quòd stichus si postea ab hærede testatoris instituatur, non censetur habuisse testatoris iudicio,sed à fortuna, & sic grauamen non ualuit, quia testator quod potuit noluit, & quod noluit adimplere nequiuit glo. l.multum interest.C. si quis alter. uel sibi, & ita in effectu respondet Aret. hic, dum dixit, quòd testator noluit stichum grauare tanquam habentem à se, sed ab alio,& est bona responsio, ut constat ex prædictis quicquid dixerit Soci.d.l.cum filio, nu. 4.

Quid dicendum?uidebatur sequenda sententia contra Bar.tanquam cõmunior, ac etiam uerior.

Quòd sit communior uidetur cõstare ex supradictis,& ex pluribus ita attestantibus, & ex infinitis relatis per Gabriel in suis conclusionibus lib.4. tit. de fideicomiss. conclusione quarta. in quarta limitatione,nu. 18. Quòd autem sit uerior uidebatur ex eo,quòd positi in cõditione non sunt uocati. Vnde quando grauãtur grauãtur illi, qui nõ sunt uocati:nec potest dici,quòd uocare uoluerint tacitè,quia, id posset procedere, quando de filiis nihil dixisset expressè, sed cũ expressè de ipsis mentionem fecerit
927 eos ponendo in cõditione,† cessare debetpræsũptio tacitæ dispositionis

l. cum ex filio. §. i. inf. eod. cum uulg. uidetur ergo testator de filiis expressè fecisse quicquid uoluit, absq; eo, ut fiat coniectura tacitæ uoluntatis.

Secundo, quia illud antecedens, quo fundatur sententia Bar. in proposito non uidetur necessariũ, nam testator, qui sciebat filios posse ab intestato succedere, censetur eo tunc uoluisse eos grauare, & sic ex hoc non erũt uocati, nec substituti.

Tertio, quia illud necessarium antecedens refertur ad tempus restitutionis tantum, & sic ad tempus mortis ipsorum filiorum, si eo tempore essent grauati restituere.

Vltimo quia agitur de euitando fideicommisso, quod in dubio euitatur, tanquam odiosum. l. cohæred. §. cum filiæ infra eo.

Contrariam tamen, sententiam præ dictis non obstantibus, & sic sententiã Bar. ego sequor, quam ex responsionibus ad contraria ueriorem esse demonstrabo.

Primo moueor, quia, licet filii positi in conditione non censeantur uocati glo. d. l. Lucius, † tamen, fallit (quã do) in testam. potest summi aliqua coniectura contrariæ uoluntatis testatoris, ut latè tradit hic Ripa, Soci. d. l. cum auus, omnes. l. i. C. de pactis ubi latè Cagnol. nu. 47. Parisi. consi. 78. nu. 7. lib. 2. consi. 66. nu. 21. lib. 3. Deci. consi. 242. Rui. consi. 142. nu. 10. 11. lib. 3. Craue. 63. nu. 6. cum pluribus aliis per me citatis consi. 383. nu. 9. quibus addo insignem. D. Decianũ consi. 26. nu. 11. lib. 2. & Bursat. consi. 52. nu. 3.

929 † & sic ex præsumpta testatoris mẽte uerba cõditionalia disponunt. l. in ratione. §. tam, & si. infra ad. l. falcid. l. fideicõmissa §. cum esset, de leg. 3. Bar. l. 2. §. uidendũ ad tertul. At impropo sito sufficiens coniectura uoluntatis testatoris est grauamen ipsorum filiorum, nam cum fuerint priuati prius, dum fuerunt positi in cõditione, præ

930 supponuntur uocati, † quia priuatio præsuponit habitum. l. decem, infra de uerb. oblig.

Secundo quia alias grauamẽ esset

931 inutile † unde præsumptio, quæ facit ualere actũ omnibus aliis est fortior l., quotiens de reb. dub. l. quotiens, de

932 uerb. oblig. & de reg. iur. † & coniectura, per quam actus ualidatur cæteris est fortior, ac efficatior Castr. et Alex. l. ex imperfecto. C. de testam. Dec. c. quoniam abb. nu. 16. de off. de leg.

Tertio Confirmatur hæc coniectura per tex. d. l. ab eo. C. de fideicom. & d. l. hæreditas ad statiũ; ubi dubitabatur an ex relicto ab aliquo, ipse censeretur uocatus, & deciditur, quod nõ illa quidẽ ratione, qa nihil præcessit, ex quo possit fieri interpretatio uolũtatis testatoris; apparet ergo, ꝙ stante huiusmodi ualida, & efficacissima coniectura, filii censentur uocati, non ex grauamine (qa esset cõtra. d. iura) sed ex positione in conditione, iuncta coniectura, ꝙ ita senserit testator ponendo eos in conditione, & grauãdo, & sic cõiectura ipsa colligitur ex grauamine, ut dixi &c.

933 Quarto Moueor † nã filii in cõditione positi saltẽ ab intestato à testatore tacitè sunt uocati glo. & docto. d. l. Lucius. doc. d. l. i. C. de pact. & hic, & clare Alexan. l. Gallus, in princ. num. 6.

934 de lib. & posthu. ubi inquit, † quod positi in conditione licet non sint in dispositione expressa, sunt tamen

in tacita, unde, cū postea fuerint grauati, & priuati in testamento, ne melioris sit priuatio quàm habitus, & ut uniformis fiat interpraetatio, iuxta.l. iā hoc iure, supra eo. dicamus, quòd sicut testator filiorū ex testamēto uoluit priuare, ita ex testma. eos uoluerit uocare, non autem ab intestato, & sic illi, qui erant uocati ab intestato, ex grauamine, & priuatione censentur uocati ex test. & tunc mutatur sola qualitas, cum omninò essent uo-
935 cati † quae mutatio qualitatis facile admittitur. l. in delictis. §. fin. alias si de tracta, de noxal. l. iii. qd̄ ui aut clam Bar. l. de pupillo. §. seruo, de ope. nou, nunt. & alibi.

Quinto moueor per tex. in. l. pro-
936 culus, sup. de usufruct. † pro ut inducitur ibi à Bar, & Bal. & à Bar. l. donationes. §. species, infra de donat. & in. l. ex scriptura, col. secunda uers.
937 sed contra predicta eo tit. † ubi si relinquit usufructum, deinde Priuet usufructuarium facultate alienandi ipsam rem, ex hac prohibitione, ac priuatione fit interpraetatio, quod testator uoluerit relinquere etiā proprietatem, quando relinquit usufructum, alioquin, secundum ipsos, priuatio illa fuisset inutilis, eo qa usufructuarius alienare non potest: uel secū dum Soci. cōs. 131. num. 15. lib. i. cum priuatio praesuponat habitum. Haec duo praecisè conueniunt hic, tum qa subest priuatio, quae remaneret inutilis, cum etiam, quia priuatio ipsa praesupponit habitum, ideo testator censetur uoluisse uocare, quos posuit in conditione.

Nec dicatur in. d. l. proculus, praecessisse positionem, quia testator dispositiuè reliquit usumfructum; nam respondeo satis esse, quod respectu proprietatis nihil dixerit, & tamen ex priuatione subsequenti, ne sit inutilis, & quia priuatio praesuponit habitum, fit interpraetatio, quòd ubi reliquit usufructum, uoluerit relinquere etiam proprietatem, de qua tamen nihil dixerat: idem igitur etiam est dicē dum in proposito. Nec etiam dicatur praedicta esse contra d. l. ab eo, & contra d. l. haereditas ad statium, ubi priuatio non praesuponit habitum, quia illud est, quoniam nihil praecesfit, quo posfit fieri interpraetatio, quòd testator ita uoluerit, secus hic, ubi praecessit positio filiorum in cōditionem, & in. d. l. proculus, praecessit dispositio usufructus, ita soluit Bal. ibi. quē uideas.

Sexto allego. l. Diuus, in prin. de
938 usu, & habita. † ubi relinquens siluae usum, censetur reliquisse usufructum, aliàs legatarius nihil haberet; & ratio decidendi (qa scilicet testator uoluerit ampliare dispositionē) seruit casui nostro, & sic ne dum filios grauare, sed etiam uocare uoluit, aliàs fideicommissarius nihil à filiis reciperet.

Septimo adduco tex. pro ut inducitur ibi à Ias. in secundo not. in. l. qui
939 liberis, supra eod. † si testator dixerit, si talis erit mihi haeres, eum substituo impuberi filio meo; queritur an ille talis censeatur haeres institutus à testatore, & uidebatur quòd non, quia erat solum positus in conditione: respondet Ias. immo censeri institutum in necessarium antecedēs substitutionis, quae alias non ualuisset. l. secunda. §. prius. supra. eod. & Ias. approbat, Ripa in praecedenti arti. nu. 161. uers. ad

decisionem Bartoli. & in rub. solut. mat. nu. 34. prope fi. si igitur uerba conditionalia disponunt & inducunt institutionem: tanto magis debent in ducere fideicommissũ, quod facilius inducitur ut supra.

Octauo Moueor per. l. fin. supra
940 de usufruct. earum rerum quæ usu consu. † ubi cum pecunia esset re= licta Titio, ita, ut rediret ad Me= uium post mortem legatarii; qui (& si scriptum esset, eum habere usum) habebit tamen proprietatem, cum sit grauatus eandem post mortem rẽ stituere Meuio: & sic eam habebit, nõ ex uerbis testatoris dispositiuis, sed quadam necessitate, quoniam ad eam restituendam est grauatus.

Nono adducor ex notatis p Bar. l. ex hac scriptura, col. 2. nu. 3. uers. sed
941 contra prædicta infra de dona. † ubi uerba conditionaliter prolata, licet non inducant dispositionem, dispo= nunt tamen in antecedenti necessario ex præsumpta testatoris uoluntate, & hoc quando ex ipsius testatoris uolũ tate poterat induci; allegat. d. §. inter dum, quæ omnia præcise in proposi= to adaptantur.

Decimo Moueor per dictum Bar. per illum tex. in. l. cum filiofam. pri
942 ma oppo. de leg. primo † ubi pater, cui testator nihil reliquerat, potest p fideicommissum grauari, ex eo, quod illi tacite, & permissiue censetur reli= quisse, quod eius filio reliquerat, qđ relictum, licet patri acquiratur ex le gis dispositione, l. placet de acq. hæ= red. tacite tamen concurrere uide= tur etiam uoluntas ipsius testatoris, arg. l. conficiuntur, in prin. de iure co dicil. quælibet ergo testatoris uolun tas, etiam tacita, sufficit, ergo idẽ hic.

Vndecimo Moueor per dictũ Bar. toli, in. l. cum tale. §. fin. de cond. &
943 demostra. † ubi testator, qui nihil ex= presse relinquit Titio, si dixerit ex cẽ tum Titio relictis, grauo ipsum dare .x. Gaio, inducitur legatum ipsi Titio, quia alias grauari non potuisset, & nullum fuisset relictum Gaio, ita Bar. ibi mouetur per. d. l. deniq;. § interdũ de pecul. lega. sic etiam in casu nostro
944 † nec dicatur illud esse ex illis uer= bis, dum dixit, (ex centum Titio reli= ctis) non autem ex Titii grauamine; quia respondeo, quod tunc sequere= tur, ut etiam absq; grauamine iniun= cto Titio, sibi censeretur factum lega tum, & tamen hoc est falsum, & con= tra. d. §. fi. ubi si non sit grauatus Ti= tius, sed hæres soluere Gaio. x. non cẽ sentur legata Titio illa centum; illud igitur procedit ex illis uerbis iuncto grauamine, Nec dicatur Bar. d. §. fin. loquutum fuisse contra . l. hæreditas ad statium, & d. l. ab eo; quia ibi nihil præcesserat grauamini. Bar. autem. d. §. fi. loquitur, quando ultra grauamẽ dixerat illa uerba ex centum relictis Titio, quibus, iuncto grauamine, fit in terpretatio, quod etiam Titius fue= rit uocatus.

Duodecimo Moueor per regulã . l. tale pactum. §. fi. supra de pact. si. n. testator fuisset interrogatus uerisimi
945 liter idem dixisset, † quia non est cre dendum, quod uiam eligere uoluerit ad impugnandam suam uoluntatem . l. iii. de mil. test. l. si quis locuples, in prin. de manum. testa. & ibi glo. not. Soci. l. cum Senatus, in prin. num. 5. de reb. dub. & ubi in conditione positi es sent nepotes ex filio haud dubie id

interrogatus respondisset, cum non
946 minori dilectione † immo maiore, testator diligat nepotes, quàm filios Bar. per illum tex. in. l. liberorum. 4. notabili, de uerb. sig. quamuis seruando charitatis ordinem prius uoluerit uocare filium, quàm nepotes. l. Gallus §. i. de lib. & posthu.

947 Nec dicatur† id procedere, ubi testator transiuit ad dispositionem, iux. l. quidam cū filium, ubi Bal. & Imol. supra tit. primo, Alex. l. 3. in fi. C. de lib. preter. Dec. in. l. non omnis, sub nu. 3. si cert. pet. quia satis ex supradictis constat, quòd ad dispositionem transiuit, cum uerba etiam conditionalia disponant in antecedenti necessario, Bar. d. l. ex hac scriptura, & uerba conditionalia disponunt concurrente aliqua coniectura, ut supra dictum est.

948 Postremo etiam considero † hanc partem esse benigniorem, & æquiorē, qua testatoris uoluntas conseruatur ita Bal. l. i. §. pro secundo. uers. & hoc facit ad. q. C. de cad. tol. Barba. consi. 57. præclare, lib. 2. Curti. seni. cōs. 51. super testamentis. num. 22. Parisi. 66. nu. 16. lib. 3. ubi refert Soci. & Corset. ita dicentes, & loquuntur etiam, quādo liberi solum sunt in cōditione positi, longè magis igitur quando etiā sunt grauati. l. secundum naturam, de
949 reg. iur. † unde, cum sit æquior, est in dubio præferenda. l. placuit. C. de iudi. cum simil. &c.

Non obstant contraria. Ad primū dico, quòd cum testator filios posuerit in conditione, ac ēt eos postea grauauerit, fit interpretatio, ut ipsos filios uocare uoluerit, ut constat ex pdictis. Ad secundum: falsum est, quòd potuisset grauare hos liberos ab intestato succedentes, cum enim fuerit in facultate filii instituti testari, & ipsos excludere, potius haberent immediate à patre suo, quàm ab auo testatore; ideo ab ipso grauari non potuissent
950 . l. sed & si sic. §. fi. de leg. 3. † tex. igitur in. l. conficiuntur, in prin. & in. d. l. si fundum per fideicommissum. §. fi. loquūtur de his, ad quos legitima hæreditas est peruentura: de qua legitima hæreditate agi non potest, in proposito, cum testator fecerit testamentum, & filius institutus hæreditatem adiuerit iuxta. l. i. §. ueteres, & ibi notatur, infra de acq pos. illa posset fieri legitima hæreditas filii instituti, sed non potest amplius esse legitima hæreditas testatoris &c.

Non ob. tertiū quia si una manu acciperet, & alia restitueret, non uale-
951 ret grauamen, † oportet enim quòd grauatus senserit aliquid commodū alias non potuisset grauati, iuxta. l. Imperator. §. si centum, de leg. 2.

Nec ueniunt filii uigore necessarii antecedentis tantum, sed quia censentur uocati eo ipso, quòd fuerunt in conditione positi, ac pòstea etiam grauati, ut supra dixi.

952 Nec ultimum ob † quia procederet quando dubitatur de intentione testatoris, an uoluerit facere fideicommissum nec ne, tunc summitur interpretatio fideicommissi exclusiua, secus quando clare cōstat, quòd uoluit fideicommittere, ut in casu nostro, quia tunc interpretatio fit quæ facit ualere actum etiam onerosum, ut dixi cons. 231. num. 19. & infra dicam. num. 968.

Aduertendum est etiam, quoniam

hæc sententia est æquior, benignior, & humanior, ut supra ultimo fundamento.

953 Et est communior,† nam ubi etiam sunt positi solum in conditione quod sint uocati tenuerunt plures relati p Curti. senior. d. cons. 51. ubi reffert Oldra. in consiliis, ac lecturis, Maria. Soci. seniorem, Ioannem de anania, Iacobum de aretio, de quo etiam hic per Bar. Ioa. and. tit. de testa. §. i. in fi. Frãc. de Albergotis de aretio. l. peto in prin. de leg. 2. plenè Bal. l. i. C. de cond. insert. in recol. antiquis, quem citat etiam Castrens. l. filiusfam. §. cũ quis, de leg. primo, Idem Bal. cons. incip. Petrus instuit Paulum. Fulgo. & Floria. d. l. i. C. de cond. insert. Floria. l. cum accutissimi C. de fideicom missis Benedictus de Plombino, in repet. l. si cum dotem, in prin. solut. mat. Cuma. d. l. filiusfam. §. cum quis. Roma. cons. 32. col. 4. uers. & arguo sic, adde etiã Ant. de prato ueteri, Ant. de rosello, & Saly. de quibus per Ripam hic, sub nu. 159. uers. si uelimus. Et omnes isti tenent, quod sint uocati ex eo solo, quod sint in conditione positi, tanto magis quando etiam sunt grauati, ex his, iunctis, cum preallegatis in prin. huius conclusionis. Quib. adde Dy. Castrens. & Ioa. de monte sperello, quos propriè in terminis nostræ conclusionis citat. Soci. d. l. cum filio. nu. 5. de leg. primo quibus omnibus apparet hanc Bar. sententiam esse magis communem Idem Ioa. petrucius. d. l. ab eo ut refert Rui. cõs. 142. sub nu. xi. lib. 3. & est opinio in iudicando sequenda ut supra dixi Præter

954 tim† quia multis, ex adductis in contrarium nulla fides uidetur adhibenda, tanquam sibi ipsis parum constantibus, ut ex infradicendis constabit.

Non ob. primum, dum in oppositum allegatur Bar. in tuo cons. incipiente. Andreas condidit testamentum quia nihil de hoc dicit.

Non ob. Oldra. & Bal. in. l. ab eo. quia contradixerunt. d. l. i. de cond. insert. & suis consiliis supradictis. Nec etiam ob. quod Cuma. & Imol. uideãtur tenuisse cõtra Bar. in. d. l. Lucius, quia contradixerunt postea in. d. §. cum quis, & alibi, ut referunt Soci. d. l. cum filiosam. nu. 5. Rui. d. consi. 139. nu. 8. consi. 142. nu. xi. lib. 3. & alii plures. Nec uidetur faciendum fundamentum in authoritate Curt. quia non uidi, quod ita teneat. d. cons. 43. sed cum Bar. transit cons. 51. Et si collegiũ papiense consuluit contra Bar. omnes perusini transeunt cum Bar. ut per Corne. d. l. ab eo, & per Soci. d. l. cum filio. & omnes aduocati florentini, ut refert Barba. d. cõs. 57. de quo supra nec non collegium Mediolani consuluit pro Bartolo, ut attestatur Iul. clar. in. §. testamentum. q. 78. in fi. principii, minus fundamentum faciendum est in authoritate Alex. quia sibi ipsi contradixit in cons. 64. lib. 5. Pariter non uidetur tuta authoritas Ias. quia ex eo, quod dixit in prællegata. l. qui liberis. 2. notabili infra eo. debilitatur. Nec authoritas Decii uidetur ualida. d. cons. 270. & 291. quia sensit contrarium cons. 675. nu. 4. & 637 nu. 8. ubi allegat. l. deniq; . §. interdũ, & Bar. in. l. nostra. Et in hoc art. Rui. approbauit opinionem Bar. in. d. cõs. cxi. lib. 2. & 139. lib. 3. ubi etiam principaliter disputat, & inquit opi. Bar. sibi precipuè placere, quia ex ea con

seruatur uoluntas testatoris; in dictis uero cõsiliis.39.101.&.114.quæ
955 adduxi contra Bar.† ipse Rui. obiter illud dixit,nec se firmauit in illa re,sed in aliis fundamentis,ideo magis est standum suæ sententiæ quatenus sequutus fuit Bar. Nec in auctoritate Soc. in .d. consi. 118. & 176. quam adduxi in contrarium,uidetur posse fieri fundamentum,quia,ut ipse dixit.d.consi.118.hic in interpretatione huius.l. Centurio, magis inclinauit in sentẽtiam Bar. cum quo etiam transiuit Parisius.d.consi. 66. nu. 16. lib.3.quicquid senserit cons.31.nu.4. lib.2. sicuti, post hæc scripta, inueni, quod pariter nouissime Rolan. à ual le, post multos per eum citatos, sequutus fuit opinionẽ Bartoli in cons. 18.nu.10.uers.uerum maturius.lib.4. tanquam ueriorem,& æquiorẽ,quicquid dixit.d.cons.51.nu. xi. lib.3.

Hæc sententia Bar. maximè est ue
956 ra † quando nepotes sunt de descendentibus, quos testator uerisimiliter uocauit Bar.d.l. liberorũ, quarto notabili: uide tu multa ad propositũ per Cagnol.d.l.i.nu.54.C. de pact.

Secũdo potest declarari hæc Bar.
957 sententia, † quando nepotes nominatim sunt grauati,secus si post ipsorum mortem testator diceret uelle bona ipsorum peruenire ad talẽ, uel illum talem substitueret, quia tunc non uidentur uocati,ita Ripa hic, al legat Soci.cons.33.sub.nu. 2. uers. & eo max.lib.4.& Dec.cons.182.Adde Dec.cons.422.col.i. post medium Soci.iuni.cõs.176.nu.20.lib.2.Aduertè, quia dicti Doctor. declarant Bar.loqui,ut supra;adhuc tamen contradicentes ei contradicunt, non autem tunc,cum eo cõcordant,quicquid dixerit hic Ripa, qui hac distinct. uidetur uelle opiniones conciliare.

Ratio huius declarationis esse po
958 test:quia† quæ nominatim fiunt magis uidentur procedere ex enixa uoluntate proferentis .l. 2. l. titius, in prin. ubi Bar. de lib. & posthu. in .l. Turpia.§.fi.de leg. primo.l.nominatim,de leg.3.& in.l.filiusfam.infra de donat.& ubi simpliciter reperiretur factum grauamen, nec constaret cõcludenter illud esse factum filiis testatoris; intentio potuisset esse grauare filium,uel eius hæredes.

Tertio hæc sententia Bar.omnino esset uera, ac omni careret dubitatio
959 ne,† ubicunq; tria simul concurrerent, ut potè,quod filii essent in conditione,quod essent grauati, & in omnibus bonis ultimo morienti facta esset substitutio, quia licet primum non sufficeret glo.d.l. Lucius, nec secundum de perse.d.l. ab eo, nec ultimum.l.uel singulis.infra eo.omnia ta men simul sufficiunt, ita in terminis Rui.cons.142.sub.nu.xi.lib.3.Et in effectu sunt quatuor, quæ concurrunt. et duo ultima sufficerent.l.Titia seio 15.§.seia libertis,de leg.2.secundum cõmunem intellectum,de quo supra.

960 Effectus, † uel utilitas præsentis disputationis, quod filii censeantur uocati,uel non, est maxima, nam si nõ erunt uocati ex testamẽto, sed solum ab intestato, & filius non sit hæres,
961 † tanquam proximiores poterunt succedere ab intestato testatori immediatè.§. proximus, inst. de legi. agna.succ. Vbi autem institutus adiret hæreditatem, non possent censeri inuitati ad succesionem testatoris ab intestato,

inteſtato, cum ſucceſsio ipſa inteſtati expiraſſet per aditionem, & hoc niſi filius inſtitutus decederet inteſtatus, nam tunc pdicti eius filii ſibi immediate ab inteſtato ſuccederent, & conſequenter etiam eſſent hæredes aui te
962 ſtatoris, per regulam quod hæres hæredis dicitur hæres primi teſtatoris. l. fin. C. de hæred. inſtituend. cum immediate ſuccederent ab inteſtato uiderentur habere hæreditatem teſtatoris etiam ab inteſtato, ſed mediate ex teſtam. cũ filius, cui ipſi ſuccederet teſtatori, ex teſtã. ſucceſsiſſet iux. l. i. ii. ſup. de pet. hæred. ita declarat Imol. d. l. lucius. col. 4. uer. idem aduerte.
963 Secunda utilitas † nam liberi uocati, & ſubſtituti, poſſunt poſt mortem patris uendicare bona, uel ab extraneis, quibus fuiſſent alienata. l. fi. §. ſin autẽ ſub conditione, uerſ. ſin autem auaritiæ, iuncta etiam auth. res, quæ. C. communia de lega. l. cum pater. §. libertis, de leg. 2. docto. l. Marcelus. §. res quæ infra ad trebel. uel ab hæredibus patris. iuxta id, quod habetur in. l. precibus, in fin. C. eod. quãdo ipſi à patre fuiſſent exhæredati, uel eius haereditatem repudiaſſent Caſt. l. filiusfam. §. cum quis, de leg. primo Cuma. in l. lucius. nu. 6. ſupra tit. primo.
964 Tertia ẽ utilitas † qa bona recognoſcũt à teſtatore, non autẽ à patre. l. coheredi §. cum filiae, inf. eod. glo. & do cto. l. i. C. de pact. Dec. conſ. i. & alibi.
965 Quarta & ultima ẽ utilitas, † qa ex delicto patris inſtituti haec bona de iure publicari nõ poterũt ad praeiudiciũ ipſorũ filiorum iux. late tradita p docto. l. filiusfã. §. Diui, de leg. pri. ubi Rip. nu. 51. cũ ſeq. ſi. n. nõ ualeat pater expſſe piudicare filiis, nec põt tacite, delinquẽdo, cũ taciti, & expreſsi idẽ
966 ſit iudiciũ. l. cũ qd, ſi cert. pet. Itẽ qa † publicari nõ põt, qđ alienari nequit Bar. late. l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus col. 4. uerſ. ſexto. quero. de dam. ĩfect.
967 Sed q̃ritur in dubio † cui fideicõ. cẽſeatur iniũctũ, an filio inſtituto, uel eius liberis in cõditiõe poſitis, & retẽta opi. Imol. & Alex. hic, ꝙ filii in cõditione poſiti nõ potuerint grauari. cõcluſio ẽ Bar. & aliorum, ꝙ cẽſeatur iniũctũ filio ĩſtit. ut illud ualeat. l. quotiẽs, de reb. dub. & ita ẽt Bar. l. codicillis, uer. itẽ hæc lex uidetur facere contra me ff de uſufr. leg. & Ias. l. ex trib. p. not. uerſ. tene cõtrariũ C. de ĩof. teſ.
968 Vnde nota † ꝙ ẽt materia odioſa fideicõ. in dubio ſuſtinetur: qđ uerum ẽ, quãdo cõſtat fideicõ. fuiſſe factum, ſecus quãdo dubitaretur de illo, qa tunc interptatio fit p quã euitetur. l. cũ auus, de cõd. & dem. l. cum acutiſſimi. C. de fideicõ. Quib. ampliatur regula. d. l. quotiens, de reb. dub. cum ſimil. & ſupra, nec non in. d. cons. 231. num. 19. ego ſatis dixi.
Secũda fit cõcluſio, ꝙ ubi liberi poſsũt grauari, tunc ſecundũ Bar. ipſis fideicõ. cẽſetur iniunctum; quod ẽt ſẽtire uidetur in. l. qui duos, inf. eod. ſed melius in. d. l. codicillis, qui tenet fideicom. cẽſeri relictum ab ult. adducit roẽm, quia utroq; caſu ualet: unde cũ, ĩ propoſito pſupponatur fideicõ. poſſe relinqui liberis, merito uidetur ſentire, ipſis illud pſumi relictum;
In contrariũ tamen, ẽ cõis ſententia ut hic per Imol. Aret. nec nõ & Ripã, qui allegat Alex. Soci. & Dec. ut p eũ. Pro qua opi. Imol. allegat tex. de quo hic p Bar. ĩ. l. ſi ſeruus §. q margaritã
969 de leg. i. † ubi ab ipſo hærede ĩ dubio

intelligitur relictā legatū,uel fideicō,
970 † Qui tex. ad rem facere non uidetur; non enim eo in textu sumus in dubio, immo in casu claro, cum expressè fideicommissum fuerit relictū à Titio creditore,penes se margaritā habente;uerum si nolit parere, ne fideicom. reddatur inutile,fit ibi inter prætatio , ut hæres teneatur cedere actionē;&sic hæres nō soluit fideicō, quasi ab eo relictum,sed solū cedit actiones,quæ cōpetūt legatariæ in necessariam antecedentiam fideicom., quod alias inutile redderetur,cum actio creditori denegaretur &c.

Secundo pro hac communi sententia stringit fortissima ratio, de qua hic per Aret.& Ripam, quippè tunc liberos in conditione positos censeri honoratos,ubi expressè sunt grauati, sicuti tradit Bar. hic,& supra dixi igitur quando expressè grauati non sūt, non censentur honorati,& per consequens ab eis fideicommissum relictū non uidetur,quia cum honorati non sint,nō ualeret,qua de re sumus in terminis.d.l.quotiens,de reb.dub.Tu dicas , alterum saltem debere esse expressum,nempè uel sint expressè honorati,ut dicitur in.d.l.codicilis,&.l.ab eo. C. de fideicom. uel expressè sint grauati,quia tum inde in necessariam antecedentiā censentur uocati , ut supra.quando autem,nec expresse uocati,nec expressè grauati essent , sed tantum in conditione positi,ut in casu nostro,ita ut,si testator dixerit,si filius meus institutus decesserit(sine filiis,uel filii sui sine filiis,uoco talem) tūc filii nec expressè sunt uocati,nec expresse grauati.Et propterea grauamē filio instituto,& expressè honorato,censetur iniunctū, alioquin quodā modo concurrerēt duæ fictiones,uel præsūptiones,una,ꝙ in dubio ipsi cen
971 serētur grauati† & absurdū esset,in dubio magis grauatos cēseri nō honoratos,quā honoratos: Altera,ꝙ ex grauamine testator uoluerit eos honorare,uerū qa ultima uidetur uenire in antecedētiā,quo casu cōcurrere possunt.§.sed si ab hostibus,insti. quib. mod.ius.pat.potesta.solui.l.cū duæ,infra de capt.Bar.l.si is qui pro ēptore, col.pen.infra de usucap.Ideo cogita. &sequere cōem sētētiā,à qua nec dis
973 sētit Bar.hic,ut ēt tradit Rip.†&in. .l.codicilis,oēs erāt honorati,&ēt expresse īpositū fuit grauamē ult.mori ēti,ut uidetur sēsisseSoci.iun.cōs.176 n.13.l.2.qđ tamē nō uidet. uerū,licēt post eius mortē,alioqn lex. fuisset de īdubitabili:ibi ergo illud procedit,qa potuerūt grauari,cū essēt honorati.

Vtilitas ē maxima,ut fideicō.cēsea
974 tur iniūctū filio īstituto,†qa tūc poterit detrahere legitimā, in qua non pōt grauari.l.quoniā in prioribus.C.
975 de inoff.test.†secus si cēseatur iniunctū eius liberis,Bar.d. l.qui duos,ī fin. & clarius ī.l.i.§.fi.ī.fi.&.l.cohæredi .§. cū filiæ,uers. quòd si hæredē.sup. eo. cū multis aliis,de quib.p Ias.l.ex trib. C.de inoffi.test.pri.not.Ripa sup. nu. 128.Sed aduerte qa loquūt̄ ī pupilo &eius hæredi:pupillus.n. nō pōt gra
976 uari ī legitima , qa ē onus† sed eius hæres pōt, quare p̄sumitur honoratus,cū ab ipso testat.potuisset priuari l.si fūdū p fideicō. §.fin.de leg.i.sed filios filii,ī bonis ipsius filii, & sic ī sua legitima,grauare nō potuisset.l.qđ si deicō. , de leg.i.unde circa hoc ina-
977 nis uidetur hæc disputatio†&posset

procedere,quando expresse grauarẽtur isti liberi ad restitutionem etiam legitimæ filii,nam eo in casu uidẽtur posse expressè grauari licet filius non possit.d.l.quoniam in prioribus; sed hic nõ est casus noster, quia liberi expressè non sunt grauati. Vnde uera utilitas est,quia filii erunt uocati tanquam grauati,alias secus; & institutus uno casu tenebitur restituere pro priis liberis tanquam uocatis,alio uerò non.

Limitant prędictã conclusionem nouissimi,nõ procedere, ubi testator prohibuisset detractionẽ trebellianicæ; tũc qa in liberis primi gradus
978 non uidetur ualere prohibitio,iuxta tradita in.l. iubemus. C. ad Trebel. Bart.l.Marcellus.ff.eo. tit., ut ualeat fideicommissum, liberis censetur iniunctum.

Replicat Ripa,melius esse nullam censeri trebellianicæ prohibitionem, quam fideicommissum. Ego autem melius † quia intelligeretur prohibi
979 tio facta hæredi instituto, non autẽ filiis fideicommissariis.l.mulier.§.fin. infra ad trebel. Videtur igitur distinguẽdũ,aut ab hærede,& limitatio nõ est uera,nec prohibitio ĩ hoc qcquã
980 opatur: aut à liberis,&est uera,†qa prohibitio relata ad liberos, etiam si sit inutilis,declarat uoluntatẽ testatoris.l.fin.supra de reb. eorum .l. & si transferam,de adim.lega.in dubio uerò prohibitio ei iniuncta censetur, qui posset eam detrahere,&sic hæredi instituto.

In Quarta.q.principali dum. Bar.
981 querit,† quid si subst. compendiosa facta sit per uerbum directum,ac cõmune;ut si filius meus impubes decesserit quandocunq; sine liberis, talem substituo,ac eum sibi hæredem facio, uel bona mea ad talem perueniant, in quibus eum hæredem instituo: an tunc compendiosa contineat directã tantum,an obliquam tantùm, aut utranq; simul diuersis temporibus,uel eodem tempore. Et Bar. concludit substitutionẽ hanc continere utrãq; eodem tempore, & esse in electione substituti capere ex directa, uel obliqua,& cum Bar. transeunt Alex. & cæteri magis communiter Castrens. cons.32.col.1.Decius con.86.uiso pũcto,& esse communem attestatur hic Ripa.

982 Primo mouetur Bar. † ut adiectio uerbi directi aliquid operetur.l.si quãdo,de leg. primo. Respondet Ripa, quòd operatur maiorem mentis declarationem cap. super questionum, iuncto. cap. cum te. de off. delega. Adde Bar.in.l. Balista. prima oppo. ad Treb.Iaf.l.cum filiosa.num.65. de leg.1.Parisi.consi.50.nu.15.lib.4. Craue.cons.326.nu. 6. & multa per Deciũ in.l.quæ dubitationis.de reg. iur.

Secundo Bar.mouebatur. per.l.si
983 quis seruo,de manu testam.†Respõdet Ripa, ibi subordinationi locum esse non posse,cum libertas, aut directò, aut per fideicommissum necessario debeatur;nec magis unus casus, quam alius potest esse suspensus,secus in casu nostro.

Tertio Bar. allegabat.l. recusare. .§.Titius infra ad trebel.

984 Respondet Poly.ac Ripa. † quòd ibi in diuersis capitulis, testator fecerat substitutionem directam,ac obliquam,quo casu clarè apparet de eius intentione:uoluisse quidem facere u-

tranq;: questio autē, nostra procedit quādo utrunq; uerbū in eadē substitutione, apponitur, quo casu nō liquet testatorē uoluisse utranq; facere substitutionem. Quæ responsio uidetur diuinatiua, cum non uideatur constare, an in diuersis separatis cap. testator fecerit directam, ac obliquam; inquit enim lex. Titius hæres institutus, sempronio substituto rogatus est hæreditatem restituere, institutus, sua spectam dicebat hæreditatem, querit. &c. an modo substitutio esset facta in separato capitulo, non dicitur apparere: potuisset enim testator dicere, quādocunq; Titius decesserit, substituo sempronium, eiq; rogo Titium hæreditatem restituere. Secunda fuit responsio, quòd ibi conceditur electio substituto, an ex uulgari, uel fideicommissaria substitutione succedat, quia non agitur de præiudicio pupilli, cū utroq; casu succedatur testatori; in proposito, si haberet electionem succedendi ad præiudicium pupilli, qui non haberet hæredem, posset nolle succedere ex pupillari, facit tex. in. l. sed si plures. §. filio, supra eo. Nec ob. secundum Ripam, quòd loquatur in pupillari, quia idem uidetur in compendiosa, quæ continet pupillarē uerbis generalibus. Hæc responsio mihi non placet, quia etiam in. §. Titius, agebatur de præiudicio legatariorum, ac libertatum, & nihilominus substituto conceditur electio. Vnde tota difficultas consistit, an testator uoluerit dare electionem, quia tunc, non obstante pupilli præiudicio, substitutus potest eligere.

Tutiorem ergo arbitror esse primam responsionem, nempè ibi distincte factas fuisse ambas substitutiones

985 scilicet directam uulgarem prius, † pro ut sonat participium, substituto, glo. l. Gallus. §. i. ubi omnes, supra de lib. & posthu. Bar. supra tertia. q. prin. 986 uers. sed si dixerit. † Et participium illud præteriti temporis denotat substitutionem tunc fuisse perfectā Bar. l. fi. col. 2. uers. ad istam. q. C. de pact. & Decius. l. edita. nu. 16. C. de eden. & postea separatim fuisse rogatū Titium ipsi substituto restituere, & eo modo sunt duæ separatæ substitutiones: hic autem una uidetur compendiosa, cuius natura est, ut illa intelligatur facta prout euenerit casus, dummodo uerba patiantur, sicuti patiuntur in casu isto.

Quarto, & ultimo pro sententia communi allegatur. l. fi. §. illud; uers. 987 illo iure. C. de codicil. † Sed respondet Ripa, illum tex. loqui in instituto uolente succedere per fideicommissum uigore clausulæ codicillaris, ommissa institutione directa, quod agere potest, quia sibi soli præiudicat; hic uerò succedendo per obliquam, præiudicaret pupillo. Sed mihi bona non uidetur responsio hæc, quia ibi nolebat succedere ex obliqua, sed directa, & sic uolebat succedere ex testamento, non tamen poterat, cum testamentum esset imperfectū, & ideo non obtinuit, unde sibi imputatur, cur malè elegerit.

Dico ego non officere illum tex. nam uerè ibi non est locus electioni, quia dispositio tanquam testamentū ualere non posset, cum esset imperfectum; uerum est, quòd si testator dixerit uelle id ualere, etiam uti codicillum, tunc si hæres scriptus eligat uiā

incompetentem, sibi imputatur: electio aũt daretur uera, quando utroq; modo ualeret, ut in terminis.l.fi.§.fin autem, ult.C.de iure delib. ibi electionem ei damus uel nostram constitutionem eligere, & beneficium eius sentire &c. Potest pariter responderi, eo in tex. clarè constare de testatoris mente.

Contrariam igitur sententiam, ꝙ immo solum tanquam directa, hæc subst. sustineatur primo Bart. retulit, & Poly.hic recepit, pro qua facere uidetur, quia uerbum commune, quod est ambiguum, declaratur ex adiuncto, quod est merè directum, ac

988 ciuile, † arg.l.si seruus plurium.§.fin. de leg.primo.& .l.sed& si adiiciatur, supra pro socio. Addit Poly.quæ dixit Bar.sup. tertia q. principali uers. quid enim si testator. &c.

989 Respondet Alex.post Imol. hic † ꝙ tex.in.l. si seruus plurium, loquitur, quando facta declaratione nullũ uerbum remanet superfluum, alias secus, ut hic, Quæ responsio secundum Ripam tolli potest cõsiderando, ꝙ uerbum directum ad declarationem uerbi communis sit appositum, iux.tex. d.c.super questionum, iuncto.cap.cũ te:sed illud uerum esset, quando, uerbum (substituo) indigeret declaratione, qua non indiget secundum communem sententiam, quia importat directam usq; ad pubertatem, postea obliquam. Vnde etiam ego respondeo, quod in.d.l.si seruus plurium, uerbum (numis) indigebat declaratione, quæ declaratio non erat necessaria in casu nostro, ut prædixi.

990 Ad.l.sed & si adiiciatur (respondet Alex. post Imol. hic, ut per Bar. ibi, nempè, illud esse ex eo, quod societas simpliciter inita, censetur inita de lucris duntaxat ex questu prouenientibus.l.coiri.eo.tit.in proposito autem

991 sumus in materia testamentaria † in qua uerba ad faciliorem dispositionis effectum solent multiplicari.

992 Adde ꝙ immo etiã in ultimis uolũtatibus unum uerbũ declarat aliud l.fin.§..cui dulcia, de triti.ui. & oleo. lega. Vera tamen uidetur responsio Alex. quod ibi cẽsetur inita societas secundum naturam suam, quæ est, ut ad omne lucrum non præsumatur inita, sed duntaxat ad lucrum questus d.l.coiri, hic autem pariformiter tam sit directa, quàm obliqua, & sic sui natura cõpendiosa non est restricta magis ad unam, quàm ad aliam; sed illam continet, quam uerba sonant, & possunt importare.

Tertia igitur fuit sententia Ripæ hic, quod sit directa, & obliqua succes-

993 siuis temporibus. Mouetur † quia uerbum commune de per se importat directam suo tempore: ergo tanto magis est directa, quando ultra uerbum commune, subest uerbum directum, & substitutus non debet habere electionem succedẽdi per obliquã, quia tunc uerbum directum adiunctum operaretur contrarium effectũ uoluntatis testatoris, contra.l.legata inutiliter, de leg. 2. cum simil.

Tu tamen Aduerte, quia non respondit Ripa arg. Bart. & aliorum de superfluitate: si enim ex uerbo (substituo) erat inclusa directa, ac obliqua successiuis temporibus, quorsum addere uerbum directum, ut etiam eo modo intelligatur? ne igitur sit superfluum, necesse est dicere, quod aliquid

operetur,& sic operetur electionem, ac restrictionem uerbi(substituo)ut solam contineat fideicommissariam ;
994 † quasi tunc directum specificatum non cõtineatur sub generalitate uerbi communis.l.doli clausula de uerb. oblib. Nec dicatur Ripam respondisse, quod operantur maiorem mentis expressionem:quia non uideo maiorem expressionem,nisi respectu directæ ad fauorem Polyto.

Secundo Mouebatur Ripa, quoniam si unum quodq; uerbum de per se importat directam tempore pupillari,nescit uidere, cur diuersum sit, quando simul iunguntur.

Sed respondetur, quod ubi ponuntur de perse, unica est substitutio, & cessat consideratio Bar. de superfluitate.

Quid dicendum? contra communem, & ad fauorem Polyt. uideor uidere oriri difficultatem, ex eo, quod uerbum directum clarũ, quod fuit additum,uidetur declarare uerbum commune ambiguum, ut in
995 simili, dicitur de uerbo,† qđ potest intelligi in præterito, & in futuro, quia illud ex adiũcto declaraturBar. l.his uerbis,in summario,de leg.3.& in.l.uerbum oportebit, in fine princi
996 pii,de uerb.signifi. † idem de uerbo (uolo)concludit Bar.l.serui electione col.2.uersi.pro cuius declaratione.infra de leg.primo. benefacit, quod inquit Bar.l.4.§.cato.in.3.oppo.de uer
997 bor. oblig.†ubi actio personalis stricti iuris,assumit naturam rei uendicationis,cui fuit adiuncta, ut ibi per eũ, allegantem etiam.l. qui patri, de acqui. hæredi.

Secundo pro sententia Ripæ uide
998 batur facere,†quia uerbum (substituo) includit etiam directam .l. iam hoc iure,supra eod. ideo si ei expresse iungatur, uerbum directum & ciuile,exprimitur,quod tacite uidetur inesse,cuius expressio nihil operatur .l. iii.de.leg.i.

His tamen, non obstantibus sequor Bar. sententiam,quæ communis est, & tota difficultas presentis quæstionis pendet ab eo,an scilicet testator uoluerit facere unicã,uel duas substitutiones,&ego in hoc non recedo à uerbis,quæ duas important, ut
999 sunt duæ orationes,†iux.§..coniunctim.instit.de leg.facit,quod ait Bar. l.seiæ.§..Gaio, de fund. inst. alioquin
1000 una remaneret superflua † contra d.l. si quando,de lega..i.cũ simil.&c. Nec ob. responsio, quod tendat ad maiorem declarationem, quia nõ est opus declaratione, cum uerba sint clara secundum omnes determinationes;ut supra dixi.& dicam in responsionibus ad contraria,quæ firmaui;& cum duæ sint orationes, non est dicẽdum unam tantummodo stare ad de
1001 claratioñẽ alterius,† quia,& aliud operari debet principaliter,quamuis etiam declaret.d.l. si seruus plurium .§.fi.l.qui filiabus,eo tit.cum simil.

Secundo Non datur ratio,cũ sint duæ,quare magis una,quam alia tollatur, arg.l.generaliter,infra de fideiussor.& propterea ambæ permanere
1002 debent,ut ibi, † & facit,quod dicitur,de indefinita legis per Bar. l.i.§. sed & si certum,de uent. in pos. mit. Ratio conclusionis esse potest; de regula.l.doli clausula,de uerb.oblig.
1003 Cum igitur sint duæ, † substitutus debet habere electionem, hoc probo

per tex.in .l. si seruo meo stichus, de
1004 leg.i.† ubi si seruo meo stichus in
test.legatus sit,& mihi quoq; sit reli-
ctus in codicillis,habeo electionem il
lum repudiare ex persona serui,& ex
mea acceptare. Nec dicatur ibi,locū
esse non posse successiuis tempori-
bus:quia respondeo , quòd neq; hic,
cum enim fideicommissaria sit facta
eodem tempore,quo directa, rationē
non uideo quare debeat censeri col-
lata in tempus pubertatis. Et si dixe-
ris hæc est natura compendiosæ , re-
spondeo compendiosam esse altera-
tam, ex quo duæ sunt specificatæ sub
stitutiones, & compendiosa formali-
ter unica est,ut supra satis abundè di
ximus,ut ēt uidetur sentire egregius
D.Leoni.d.tract.substi tit. compēdio
sa,num.22.quem nouissimè uidi.

Secundo quòd substitutus habeat
electionem,probo per tex.in.l.nec is,
1005 §.i.de acq.hæred.† quo loci si legi
timus hæres in test. instituatur,habet
electionē repudiandi ex test.& adeun
di ab intestato: nec cogitur adire, &
succedere ex test. pariter nec hic sub
stitutus debet cogi succedere ex dire
cta magis,quam obliqua:idem in.l. il
lud.eo. tit.& ratio præmissorum est,
1006 † quia ubicunq; alicui competūt
eodem tempore plura remedia, sem-
per is habet electionē,est de hoc tex.
in. l.cum filius.§. uariis,de leg. 2.i .l.
quod in hæredem .§. eligere,de tri-
1007 bu.†sicuti electio debitoris est,quā
do plures res sunt in obligatione .l.
plerunq;, in fin.de iure dot.l. quod
autem.§.si maritus, de donat. inter.
ui.& uxo.cap.in alternatiuis,de reg.
iur.in.6.ita declarat Bar.l. ubi pactū,
col.3.C.de.transact.in.l.i. col. secun-
da ad fin.de act. emp. Castr.l. secun-
da,ad fi. C.ubi in rem actio.

Ad contraria. Ego considero illa
esse talia,quæ indigent declaratione,
ideo uerbum subsequens stare potest
declaratiuè , ut in proposito satis in
iure constat,quòd uerbum,substituo,
importat directam usq; ad puberta-
tem,& postea obliquam,& hoc secun
dum communem sententiam. & quò
1008 ad ultimum; clarè constat† in hac
materia,expressionem eius, quòd ta-
citè inest, operari, glo. communiter
approbata d.l.precibus,in uerbo,fidei
commissi,in fi. & esse communem di
cit Alex.hic nu.66.in fin.Ripa.num.
61.& 76.si enim exprimantur illa tē-
pora,quæ insunt in compendiosa, ex-
pressio operatur, ut amplius non di-
catur compendiosa,sed duæ dicantur
substitutiones: Ampliatur hæc con-
1009 clusio secundum Ripam , † ut prō
cedat etiam si uerbum directum , ac
ciuile iungatur cum uerbo obliquo,
1010 .allegat.l.pen.de uent.inspic. † Qui
tex. non loquitur de uerbo obliquo,
sed de communi:dicitur enim ibi, qui
uentri substitutus est,uel institutus , si
uentrem seruare uelit audiendus est',
quapropter magis tex. ipse conuenit
conclusioni, quàm ampliationi,& ita
fuit allegatus hic in.q. quando testa-
tor īstituit,ac substituit. Sed ego præ
ter responsiones traditas per Ripam
supra uersi.mouetur etiam Bar. dico
tex.illum loqui de duplici substitutio
1011 ne,directa,dum dixit substitutus ,
quia intelligitur de directa uulgari
.l.recusare.§.Titius infra ad trebel.l.
iam hoc iure,supra eod.l. Gallus.§.i.
de lib. & posthu.& ibi notatur: dum
1012 postea subiunxit,institutus,† intelli

gitur de pupillari, qua substitutus dicitur institutus pupillo, cuius est hæres §. i. insti. de pupil. l. Papinianus. §. sed nec impuberis, sup. de inofi. testa. & tradidit Reuerendissimus Paul. Leoni. in suo tracta. sub. in materia pupilla. num. 212.

Vera tamen est ampliatio: probatur hoc modo; namq; si procedit, ubi fit per uerbum commune (substituo) quod impropriari debet, ut solũ importet obliquam, ut supra dixit Bar. in conclusione: quanto magis, ubi esset appositũ uerbum obliquum, quo casu absq; ulla uerbi impropriatione inducitur obliqua? & est tex. in. d. §. Titius.

1013 Ampliatur secundo † etiam si uerbo communi iungatur obliquum, ut si dixerit, uolo bona mea deuenire ad Titium iure substitutionis, & fideicõmissi, ita Bar. hic, & citat dictum §. Titius: cui potest responderi, quod non loquatur de uerbo communi, sed directo: at idem in communi, quia commune restringitur. d. l. doli clausula. Adde rubricam. C. de insti. & substi ac restitutio, cũ enim dixerit iure substitutionis, haud dubiè intelligi-

1014 tur de directa, † quæ est substitutio propriè, licèt largè uideatur uerbum commune, ut uoluit Bar. hic, & ut supra in Rub. diximus: & cum adiunxerit, & fideicommissi, remanent duæ specificatæ, ergo. &c. glo. d. l. precib., in uerbo, fideicommissi.

Ampliatur tertio secundum Ri-

1015 pam, † ut conclusio procedat siue substitutiones factæ sint separatis capitulis, siue unica uerborum conceptione: sed hæc magis est ampliatio. l. recusare. §. Titius, ad trebel. quam fit conclusionis nostræ. Aduerte, quia necessario semper sunt duæ orationes & ambæ expressæ, ut exẽplificat Bar. uel saltem ultima est subintellecta: si enim dixerit testator talem substituo, & instituo, uel hæredem facio; subintelligitur, repetitum illud uerbum, talem, iuxta. l. i. §. sin autem, supra tit. i. & in. l. cum pater. §. cum imperfecta, de leg. 2. & cum sint duæ orationes, & sic duæ substitutiones, nõ uideo quid intersit, num capitula sint, uel nõ sint separata; facit clem. quamuis, de ap-

1016 pell. † ubi sufficit unico cõtex. apostolos instanter, & sæpius implorari.

1017 In oppositum tamen uidetur, † quia plures actus simultanei habentur pro uno glo. & Bar. l. 4. alias, si conuenerit supra de pig. actio. Alex. l. de pupillo. §. siquis ipsi prætori. nu. 6. de ope. nou. nunt. est enim sepè loqui, nõ sepè disponere, ut per eos, per tex. l. Meuius. §. eum qui, de leg. 2. Ias. l. plane. §. si eadem res. primo. notabili, de

1018 leg. primo & propterea † dicitur, una confessio, non plures quæ fiunt in uno instanti Bal. in prohemio. C. in princ. col. fi. uers. ulterius procedo,

1019 † dicitur etiam unica appellatio licèt quis pluries appellauerit eodem tempore. c. sua nobis, ubi glo. fi. extra

1020 de appella. † & si eodem instanti repetantur uerba iniuriosa, unica est iniuria, secus si per interuallum temporis Bar. cons. 108. in quest. uertente, & in. l. item apud Labeonẽ. §. ait prætor, infra de iniur. Felic. c. quoniam, ultimo, num. 3. de offi. deleg. Acce-

1021 dat etiam † quod geminata patientia si fuerit eodem tempore, habetur pro una simplici Alex. l. i. in prin. nu. 37. de uerb. oblig. Sed dessendendo

do ampliationem, pro ea adduco, qd inquit Angel. tracta. de malefi. in glo. traditor, falsario, tu me hai adultera-
1022 to la mia donna, ubi asserit duas esse iniurias, cum duæ sint orationes, ut per eum in uersi. & benè aduertas: ita ergo etiam hic sunt duæ substitutiones: comprobatur ex his quæ dixit Ripa in l. prima in prin. num. 19.
1023 uers. 4. amplia, de uerb. oblig. † ubi quando actus sunt differentes, nō exigunt temporis interuallum; hic substitutiones sunt differentes ergo. Quibus extat responsio ad cōtraria, quia procedunt in actu, uel uerbis indifferentibus, si .n. dicat solue, solue, solue, quia uerba sunt eadem, habetur pro unica interpellatione, ita Bar. post glo. dicta. l. si conuenerit, & hoc modo etiam intelligitur, quod ipsemet Barr. dixit in. dicto. consi. 108. & dicto. §. ait prætor; secus quando tendunt ad diuersos effectus, quia dicuntur plures iniuriæ, & si in eadem oratione uerba fuerint prolata, ut per eundem Bart. in supradictis locis, & tradit Ang. de malefic. in loco supra citato.
1024 Secundo dico, † quòd ubi de uolūtatis declaratione tractatur, nihil interest, an temporis interuallum interuenerit, nec ne; secus ubi agitur de p̄iuditio tertii, ita Dec. l. pen. nu. 4. & l. legem. nu. 15. C. de pact. ubi respondet ad glo. d. l. si conuenerit, nempè, ibi agi de præiudicio tertii; hic autē agitur de declaranda testatoris uoluntate, ergo &c. Vel contraria procedunt in actu, qui consistit in solis, uerbis, secus si reducatur ad scriptu-
1025 ram, † in qua non censentur uerba apposita ex transcursu, seu lapsu linguæ, sed deliberatè & seriò. ita Felin. cap. si cautio, columna. xi. de fid. instrum.

Ampliatur quarto, ut procedat †
1026 & si solum ponatur uerbum commune iuncta clausula uulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, ita Bart. hic & in. l recusare. §. Titius, ad Trebel. in. l. si Titio fundus, de usufr. lega. & est communis, ut per Alexā. hic, & in dicto §. Titius, ubi multos refert sequentes Bart. Contrarium autem uoluerunt Cyn. Imol. & Cuma. de quib. per d. Alexan. in locis mox citatis. mouebantur nonnullis rationibus, quibus respondet Alexand. ipse, & Dec. in. d. l. precibus. num. 20. ita concordat opi. aut loquimur de diuersis substitutionibus, quia distinctè dixerit testator, quod substituebat uulgariter, & per fideicommissum, & hoc casu loquitur. §. Titius, & est uera opi. Bart. aut loquimur de compendiosa, & tunc sit uera contraria sententia, quia illa clausula, uulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, exprimit, quod tacite inest, & ni-
1027 hil operatur, ut per eum. † Quam conciliationem nō puto tutam, quoniam illud dubitabile arbitror, quod in hac materia non operetur expressio eius, quod tacitè uidebatur inesse
1028 † quia immo operatur. ut supra. dixi adducendo glo. communiter approbatam in. l. precibus, in uerbo fideicommissi, in fin. C. eod. Cogita ergo si opiniones concordari possent, eo modo distinguendo, quo in simili distinxerit Socin. consi. 53. num. 3. libro primo, & Decius consi. 500. numer. x. Vt dicamus, aut in ipso actu substitutionis dicit testator, quod sub

Y

stituebat uulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, & tunc substitutus habet electionem, quia copulatiue testator omnes induxit substitutiones: sed hic non est casus, Bart. qui loquitur, quando facta substitutione, dixit; uolens dictam substitutionem ualere uulgariter, pupillariter, &c. Idem tamen dico, & si statim, & continuatiue in loco substantiali apponantur uerba ipsa, secus inter clausu-
1029 las executiuas, † quæ non alterant, clemen. 1. de præben. ita Alexand. l. quæ dotis, columna 4. fallentia. 7. soluto matr.

Ampliatur quinto, si testator dixerit, si filius meus decesserit sine liberis Titium instituo, & substituo, † cum
1030 enim uerbum, instituo, sit directum l. i. in princ. supra titulo primo, l. i. in princ. supra titu. nostro. &. l. pater filio. eodem titu. ualet utroque iure: citat Bar. d. l. penult. de uent. inspiciend. de qua supra sequitur Rui. cons. 184. numer. 15. libro. 2. ubi ait ita omnes tenere.

Limitat Alexand. hic, non procedere, quando diceret substituo hære-
1031 dem, † quia tunc uerbum, substituo, determinaretur ex uerbis subsequentibus, idem Alexand. l. iam hoc iure, num. 3. Soci. consi. 144. num. 3. uers. secus forte. lib. i.

Adde, quod idem dicitur de uerbo, relinquo, † quod est commune, ut
1032 inter cæteros, per Ias. hic, sup. columna. 8. uersic. adde consilium, sub.
1033 numer. 61. 62. † & recipit determinationem ex adiuncto, gloss. l. his uerbis, in princ. supra. tit. primo. Alexand. rubrica. soluto matrimo. columna penultima. & in rubr. de lega. columna secunda. uers. si autem. Aret. §. plane, ad fin. instit. de test. mil. Ias. l. i. §. si quis ita, columna secunda. uersi. confirmo. de uerbo. oblig. & ibi Alciat. num. xi. uersi. aduerte. & plenius Alexand. consi. 17. columna penultima uersi. postremo. libro tertio. Ad de Angel. dicto tracta. de malefic. ubi uult ex illis uerbis, traditore, falsario, unum determinare aliud, & unicam esse iniuriam.

Quærit subinde Bart. † quid si uer-
1034 bum directum in substitutione appositum, potest stare dispositiue, & demonstratiue, ut si testator dixerit, si talis filius meus decesserit sine filiis, substituo Titium infrascriptum meum hæredem, & illum postea scripserit hæredem? & concludit uerbum (hæredem) stare demonstratiue, & esse perinde, ac si simpliciter substituisset ipsum Titium; & cum Bart. transeunt omnes, ut refert, Ripa. hic. numer. 73.
1035 Primo † quia uerba in dubio stant demonstratiue. l. fin. §. Titia, de lib. lega.

Secundo, quia secundum Ripam,
1036 † uerbum, infrascriptum, facit demonstrationem Bart. l. qui liberis. §. hæc uerba. hoc titulo nostro. & adde Alexand. cons. i. columna tertia. uers. confirmatur ex his. libro. i. ubi citat Bart. hic.

Sed contra hanc communem, adduco aliam communem per illum tex. in. l. cohæredi. §. cum filiæ. infra. eodem. ubi si testator dixerit, si filius meus impubes decesserit, uolo bona mea peruenire ad talem; illud uerbum (impubes) potest intelligi demonstratiue, scilicet qui nunc est impubes

decesserit, supplendo, quandocunq; potest etiam intelligi dispositiue, nempe si decesserit impubes: & licet glo. ibi, in uerbo, impubes, uideatur accipere demonstratiue, tamen Bar. Castrensis. Alex. & cæteri accipiunt dispositiue, adeo, ut necessarium sit, filiũ mori in pupillari ætate, ut ea fideicõmissaria substitutio sortiatur effectũ.

1037 Secundo quia † uerba accipienda sunt in potentiori significatu .l. i. §. qui in perpetuum, si ag. uect. uel emphi. pet. & .l. i. §. biduum, quando appel. sit. Sed potentior significatus est, quod disponant, non demonstrẽt, max. cum demostratio hic non uideretur necessaria, ex quo satis persona demonstrata uenit ex illis uerbis, (ti-

1038 tium infrascriptum) † & semel demonstratum alia non eget demonstratione. l. i. in. fi. de dot. prælleg.

Et ad dictum. §. titia. posset respon

1039 deri † quod ibi uerba sunt clara, cum dixerit, ab eo, non autem ab eis, sicut in simili respondet Bar. l. fi. col. i. infra ad trebellia.

Nec ob. uerbum (infrascriptum) quia licet sit demonstratiuum, & referatur ad Titium, non propterea sequitur quod ita etiam intelligatur, uerbum, hæredem.

Ego autẽ distinguerem; aut dixit, substituo hæredem Titium infrascriptum, & tunc non esset uera sentẽtia cõmunis; aut, substituo Titium meũ hæredem infrascriptum, & sic uera: ra

1040 tio est, † quia ex uerbo uicio declaratur uerbum (hæredem). l. hæredes palam. §. sed & si notam, supra de testam. unde quando uerbum, hæredẽ, iungitur uerbo, Titium, quod absq; dubio stat demostratiue, assumit eius naturam, alias secus. Et ad communẽ

1041 de qua in. d. §. cum filiæ, † potest responderi, quod ibi constat de mẽte, primo quia subinde eidẽ facto puberi substituit, quib. arguitur, quod eo ommisso secus fuisset, & sic in primo casu impubes stetisset demonstratiue: item, & quia, ut ibi per Castrens. uerba sunt conditionalia, quæ non suspenderent, si disponerent, ut per eum nu. x.

Postremo querit Bar. quid si uerba diuersa referantur ad personas diuersas? hanc. q. Bar. dicit esse terribilem, ut eius uerbis utar. pro cuius in-

1042 telligentia præmittit, † quod uerbũ commune adiectum certæ portioni, non trahitur ad institutionem, ubi alius esset uniuersalis hæres in testamẽto alias secus: uoluit dicere, quod ubi neutrum interuenit, quod scilicet aliquis non sit hæres uniuersalis, & uerbum commune non referatur ad rẽ particularem, sed uniuersalem, tunc trahitur ad institutionem, ut notatur in. l. his uerbis, in prin. supra tit. i. & in. §. si uero nulla, in auth. de hære. & falcid. ubi glo. relictis; quibus præmissis; distinguit, ut per eum. ex cuius dictis.

1043 Prima sit conclusio, † quod ubi unus est substitutus simpliciter uerbis directis, & ciuilibus, alius uero, communibus, in certa portione, tunc substitutus in certa portione per uerbum commune, iure fideicommissi capiet de manu hæredis filii dictam suam portionem, reliquum uero sua propria auctoritate accipiet substitutus directo simpliciter, & ita omnes concludunt.

Ratio huius conclusionis est, quam assignauit Bar. hic in præmissis;

quia uerbum commune, adiectum certæ portioni, non trahitur ad directum, ubi alius directo é uocatus uniuersaliter glo. d. l. his uerbis, item quando alius non est uocatus uerbis directis, & ciuilibus.

Sed aduerte Primo quia Bar. frustra uidetur fecisse mentioné de portione, cũ idẽ sit, quando, uno uniuersali hærede existente, aliũ substituisset simpliciter, & uniuersaliter per uer-
1044 bum commune, † quia etiam tunc substitutus per uerbum cõmune succederet solum per fideicommissum, ut inquit glo. in d. l. his uerbis.
1045 Pro solutione † distingue quatuor casus.

Primus est, quando, solus reperitur primus hæres, & alius eodem tẽpore uocatus per uerbum commune, & tunc, uel sit uocatus ad totum, ut in d. glo. l. his uerbis, uel ad partem, seu portionem. l. cũm autem, do leg. secundo. uel ad rem particularem. l. secunda. C. communia de lega. semper est uocatus per fideicommissum; sed iste non est casus noster.

Secundus casus est quando post primum hæredem, alius est substitutus uerbo communi in portione uniuersali; uel re particulari, & simpliciter substitutus erit uocatus per fideicõ. quoniam alius existit hæres uniuersalis, scilicet primus, & eius hæres, ideo uerbum commune non potest importare directam: iste est casus, quẽ posuit Bar. in præcedenti col. nu. 36. uers. quero ulterius quid si hæc substit. quæ ratio Bar. non uidetur tuta, cum hæres uniuersalis sit in diuerso gradu. iux. Bal. l. cohæredi. §. fin. primo. not. infra. eodem Tutior ergo uidetur alia Ratio, nempe, quia uocatus iure communi, non est uocatus uniuersaliter, ideo uerbum commune non potest trahi ad institutionem directam, ut supra. At nec iste est casus noster, cum substitutiones non sint plurium, sed unius tantum.

Tertius casus est, quando alium substituit uerbis directis, & ciuilibus simpliciter, alium uero substituit uerbis communibus in re, uel portione
1046 particulari, & hoc casu † uocatus uerbis communibus, censetur uocatus ad rem, uel portionem, quæ censetur detracta de generali substitutione facta uerbis directis arg. l. uxorem. §. felicissimo, de leg. 3. &. c. generi, de reg. iur. in sexto. & uenit per fideicõmissum, cum uerbum commune non referatur ad bona uniuersa, ut supra, & iste est casus à Bar. hic traditus.

Vltimus est casus, quando substitutus est unus uerbis directis, ac ciuilibus, & alius uerbis communibus, & ambo sunt substituti simpliciter, tunc uocatus uerbo communi, succedit p fideicommissum, quia uerbum commune ad directam trahi non potest cum alius uniuersaliter reperiatur directo institutus glo. d. l. his uerbis, & tunc facerent sibi ipsis partem per cõcursum arg. tex. in. §. si eadem res, in stit. de leg. omnes in. l. re coniuncti, de lega. 3.
1047 Secunda est conclusio †, quando unus est substitutus uerbis directis in certa portione, alius uero communibus in hæreditatis residuo, & tunc substitutio facta communibus, potest trahi ad directam quoniam in residuo nemo reperitur hæres ĩstitutus, ergo &c. glo. d. l. his uerbis, & hoc in

casu substitutus in certa portione, e-
1048 rit tanquam legatarius † iuxta .l.
quotiens.C.de hæred. instit. secundũ
Soci. iuni.hic.num.320.
1049 Tertia est conclusio, † quod ubi
unus uerbis directis,& ciuilibus in re
certa est substitutus,alius uero,itidẽ
in re certa uerbis communibus, pri-
mus succedit iure directo, secundus
autem obliquo. Ratio,secundum Ri
pam, est,quia primo casu substitutio
directa trahitur ad totũ nullo dato
substituto uniuersali. d. l. cohæredi.
§. fin.& propterea substitutus per cõ
mune uerbum, succedit per fidei-
1050 commissum † quia uerbum com-
mune additum rei certæ, nunquam
trahitur ad totum l.cogi §.generali
ter.infra ad Trebel. & facit .l. secun-
da.C. communia de lega. & sup.fuit
conclusum.
1051 Quarta succedit conclusio† quod
ubi unus est substitutus in certa por-
tione uerbis directis,& ciuilibus(non
directis tantum,quia,ut ait Bar.parũ
different à communibus in proposi
to) alius uero uerbis merè obliquis
in alia portione;tunc substitutus uer
bis directis,& ciuilibus totum obtine
bit.d.l.cohaeredi.§. fin. infra eod. a-
lius uero erit fideicommissarius in
portione sibi relicta; ita omnes trans-
seunt. Et aduerte dum Bar. dixit, in
hoc modicum differe uerba directa
1052 tantùm,à communibus † sensit qua
tenus referuntur ad rem particula-
rem,uel certã portionem, ut dicebat
Bar. Nam tunc semper remanet le-
gatum, uel fideicommissum.l. secun-
1053 da. C. communia de leg.† immo
uero nec differt directum ab obliquo,
ut ibi,& supra diximus,& tradit Rui.
cons.4.nu.9.13.lib.3. & Parisi.consi.
1054 74. nu.58.lib.3.sed † ubicunq; uer-
ba ad bonorum uniuersitatem rela-
tionẽ habent,differunt directa,com-
munia, & obliqua: nam directa sem-
per sunt directa,& pubertatis super-
uenientia euanescunt,ut in prima par
te tex. nostri. nec in hoc differunt à
directis,& ciuilibus.l. uerbis ciuilibus,
supra eod. Sed communia obliquan
tur post ætatem pupillarem secundũ
magis cõmunẽ sententiã, de qua sup.
& similiter ubi mater ẽ in medio,& a-
gitur de bonorũ uniuersitate,differũt
directa,& communia,ut post Bar. su-
pra fuit conclusum.
1055 Quinta conclusio est† quãdo unus
substituitur in certa parte uerbo cõ-
muni,& alius in alia uerbo obliquo,
& secundum Bar. omnes substitutio-
nes sunt obliquæ.
1056 Ratio est secundum illum † quia
uerbum commune non trahitur ad
directum,nisi quando refertur ad bo
norum uniuersitatem,& alius non est
hæres glo.d.l. his uerbis.
Tu aduerte,quia, cum uerbum cõ
mune habeat naturam directam usq;
ad pubertatem, non uidetur necessa-
rium,quod trahatur ad directam:Sed
1057 intelligẽ de directa & ciuili,† cui re
sidua bona accescunt.l.i.§. ex fundo,
supra tit.i.&.d.l.cohæredi.§.fi. infra.
eo.ideo substitutio remanet obliqua,
cum non consequatur uniuersa bona,
quæ remanent apud hæredem gra-
uati &c.
1058 Secunda Ratio est secundũ Bar. †
quia una declarat aliã .l. si seruus plu
riũ,in fi.de leg.primo.Mihi nõ placet,
cũ uerba sint diuersa, nec cõmune sit
ambiguum, ut supra in prox. quæst.

Tertia est ratio, quia, cum reliquerit fideicommissum, nec grauauerit alium substitutum, apparet uoluisse grauare hæredē defuncti, igitur uerbum commune non trahitur ad directam existente alio hærede.

1059 VI. est conclusio, †quando plures substituit in cotas hæreditarias diuidendo totam hæreditatem, & omnes intelliguntur hæredes directo. l. i. §.

1060 Diuus, supra tit. j. †Aduerte, quod ille tex. loquitur de institutionibus, in quibus agitur de fauore testamenti, qui cessat i substitutionibus. Vnde dicas, quod uerbum commune relatum ad uniuersitatem, uel cotam bonorum, potest retinere naturam suam directam usque ad pubertatem, cui in proposito nihil resistit. &c.

Superuenerunt uacationes finita lectione die lune. 27. Iunii. 1579. ideo longius non sum progressus. Laus Deo Opt. Max. ac Beatæ eius Virgini matri Mariæ.

FINIS.

Cum Licentia Superiorum.

ERRATA SIC CORRIGANTVR.

pag.69.col.4.ſub.nu.819.uerſ.ita limitare,dic,ita limitatur,
eadem pag.& col.in uerſ.Poſtremo,ibi,poteſt etiam pupillaris,dic.poteſt eſſe pupil.
& ibi dum ſubiungitur,ſed ſolo,dic,ſed ſolutio.
pag.70.col.i.ſub.nu.822.ibi.& in uoc conſiſtit.dic,& in hoc conſiſtit,
ead.pag.col,4.nu.834.ibi.ſolum ni,dic ſolum.n.
Ibidem,dum ſubiungitur,directum & ç uile, dic directum & ciuile,
pag.71,col·i.nu.837.ibi, noluit matre, dic, matri in medio exiſtenti.
pag.73.col.1.ſub,nu.870.ibi.alia glo.in.l.ſi quæſita.dic,in.l.ſi quis ita.
pag.74.col.4.ſub,nu.889.ibi primus caſus eſt quando ſeruus uiſſus.dic iuſſus,
pag.75.col.1,circa prin.ibi.,quę ratio duplicis promisſionis,dic permisſionis,
eadem pag.col.2.in prin.ibi tanq̃ oppoſitum cauſa,dic appoſitum.
pag.78.col.3.in prin.ibi ſicut teſtator filiorum,dic,filios.
& ibid.dum ſubiungitur,ita ex teſtma.dic,ex teſtamento.
pag.80.col.i.ſub,nu.953.ibi.Petrus inſtruit Paulum.dic,inſtituit.
Reliqua,quæ parui momenti nobis uiſa fuere, remittuntur iudicio prudentisſimi lectoris.

REGISTRVM.

a ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXY.

Omnes ſunt duerniones.

PATAVII

APVD PAVLVM MEIETTVM.

M. D. LXXXIII.


NON COMEDETIS FRVGES MENDACII.